


Oprawiono w r. 1933 (przedtem posiadał tylko szczątki dawnej oprawy u szczytu tektury, niczym nie pokrytej).

1

No 84

O Sancte Adalberte tene mihi manum recte

Via Regia

Ad Augustam Reginae animorum eloquentiae Regiam
Auspicato deducens
In praeceptis Rhet. eloquentissimi Viri Simoni Calle
rii Nobilissimi. In Roxolanoruano Athae. Augu-
stali ad Sceptra. Curules Senatorias Curules
Scipiones et Variorum incrementa honorum
Succrescenti Polonae Juventuti Commutatione
Hiemali ex Anno 1705to in Annum 1706to.
Demonstrata.

Praefatio

Inter magna et praeclara a Dijs immortalib[us]
in genus humanum profusa beneficia Principes
partes tenet Regina Animorum eloquentia
Nobilissimi eloquentiae candidati vestro et publi
co ornamento Succrescens Polona Juventus
Quod enim munus Deorum in omni vitae communi
tate aut copiosius aut splendidius esse potest.
quam si cum optimarum artium cognitione, cete
risq[ue] publicam lucem merentib[us] factis, benedi
cendi ornatum habeamus. Hinc diserto judicio perito.
oratore. quid de Principe, senatore, cive, in dep.
paulo eloquentiore dicam? quibus et ornatis ad di
gnitatem, vel ad gratiam, ad opes, ad potentiam
consequendam, ad licentiam frenandam, nihil pa
ratius haberi solet. loquuntur idem Graece Demosthe
nis loquuntur Latiales Tullii Philippicae. nec
urbium et Provinciarum triumphatorem cinean

tacent Tirteum aut Herculem Galeum prætereunt, ut cæ-
teri infiniti testantur fuisse. magnam eloquentiæ vim
quondam adeo illustrem in maximis rebus publicis; sed
non minor hodie, neq; obscurior futura, si ut tunc so
lebat. ita etiam nunc in magnis rebus agendis pru-
dentia eloquens adhibeatur. Sed hic omitto vigilias
et lucubrationes laborias, his enim opus est et hæc duat
vobis via Regia ad Augustam eloquentiæ Regiam
si Scilicet perceptis clarissimi viri Simonis Baule
rii invigilando, tam autumnales quam longiores
brumæ noctes seduli accendatis Fateor molesta
talem viam, et reddet enim multa patiens per ius at vel
nox labor suavissima futura, si Divinum affulserit
auxilium, et vestra in discendo promptior sedulitas
quod iam imo cœlitus supplex imploro, ad atterum vos
cohortor ad præambula quædam invitando

Præambulum Imu
De Natura Rhetorica

Per Naturam intelligitur definitio, quia definitio est
Oratio explicans rei essentiam. et est duplex
alia Dialectica alia Rhetorica
Definitio Dialectica est alter essentialis dicta
quæ constat genere et diferentia v.g.
Homo est Animal rationale.
Definitio Rhetorica est alter descriptiva quo aliquam
rem, per sua attributa et circumstantias cæteraq;
omnia quæ tantum possunt illi rei convenire vel
cui ab illa quomodocunq; describimus v.g.
Eloquentia est Regina animorum adamantina cor-
dium compes &c. v.g.
Historia est testis temporum lux veritatis vita me
moriaq; gloria est pax mentis honesta

Rhetorica habet duplicem definitionem
Unam quo ad nomen alteram quo ad rem
Rhca quo ad Nomen est Scientia fluide dicendi
nam deducitur a Græ: verbo ῥέω quod latine
fluo, et Fici qd Scientiam significat. Nam beneficio
Rhcæ juxta præcepta ejus fluminis instar defluit
Oratio,
Rhca quo ad rem est Ars quæ viam et rationem
recte copiose. et ornate dicendi tradit explicatur.
Dicitur ars quia numeratur inter artes liberales hoc
Disticho contentas
Gram loquitur Dia vera docet Rhet verba colorat
Mus canit, Ar numerat Geo ponderat Ast colit astra.
Deinde præcepta dicendi tradit.
Dicitur viam et rationem quia veluti manu ducit ad
Orationem componendam.
Dicitur recte et ornate quia soli Rhes verbis orna-
tis et exquisitis utuntur in oratione Gramma: vero vg
loquuntur congruo sermone Dialectici pariter ad
differendum verum vel falsum accomodato illoq stri-
cto sermone et nudo. Sola non nisi Rhca copioso
Quis fuerit 1mus Auctor Rhcæ. excepto quod omnes
sentiunt Deum ter optimum maximum ut Aucto-
rem hominum ita et Scientiarum consequenter Rhcæ
pugnant inter se scriptores. Aristoteles dicit quod
Rhca cum Civitatib9 Oppidis et Cœtib9 hominum inde
societatis suum accepit exordium, et dat rationem
hujus, quia civitates et omnis Respublica duplici
nituntur fundamento Scilicet Justitiæ et sermoni
circa quem versatur Rhca. alii dicunt Siculos fuisse
inventores Cicero asserit ante Periclem neminem fuisse
ipse priorem Oratorem Horatius Libro 1mo Ode 10a
Mercurium autorem statuit Canens.

Mercuri facunde nepos Atlantis,
Qui feros cultus hominum recentis
Voce formasti catus et decorae
More Palaestrae.

Alijui dicunt cum quibus tenendum est quod origo Rhetoricae profluxerit ex observatione bene et male loquentium cui observationi vacando ipse et alijs. Simon Paule eius vir praestantissimus et Professor in academia Parisiensi optime de literis meritus, huic Rhetoricae a nobis tractandae principium et originem dedit.

Praeambulum Primum
De Divisione Rhetoricae

Rhetorica dividitur dupliciter in naturalem et Artificialem
Rhetorica Naturalis est aptitudo et facultas quaedam ad ornate et copiose dicendum; indita a natura quam etiam rudiores habent,
Artificialis est Facultas, quae certis quibusdam praeceptis continetur, a Rhetoribus tam Graecis quam Latinis observatis et conscriptis
Advertere quod nisi aliquis Rhetorica praepolleat naturali, frustra artificialem tentaturus est.
Nam unusquisque futurus orator debet esse docilis, hoc est debet habere celeres ingenii motus ad inveniendum iudicium et prudentiam ad disponendum, facundiam ad eloquendum; memoriam ad faciliter percipiendum et firmiter retinendum; vocem aptam et distinctam ad pronunciandum, linguam expeditam latera robusta valetudinem firmam faciles ad respirandum pulmones vultus denique ac omnium membrorum debitam venustatem.
Rhetorica Artificialis est adhuc duplex Docens et Utens
Docens est, quae Oratores instruit praeceptis, ad persuadendum idoneis et omnibus alijs adhunc finem

spectantibus
Utens est quae haec praecepta ad praxim revocat,
Itaque haec altera est duplex, nempe Ecclesiastica
et Politica
Ecclesiastica est quae in spiritualibus Oratoribus
seu Concionatoribus invenitur, qui iuxta eius prae
cepta non persuasibilibus humanae sapientiae verbis
sed admirabili efficacia aeternas veritates, et pro
funda misteria proponunt ac persuadent.
Politica est quae Civiles, Profanosque duntaxat instru
it Oratores

Praeambulum 2tium.

De Praesidiis parandae eloquentiae

Sunt ista quatuor Natura, Ars, Imitatio, et Exercita
tio
Natura est aptitudo et facultas quaedam a natura
indita ad prompte dicendum, de qua satis dictum
praeambulo superiori vide ibi
Ars est quae continet praeceptionis et institutiones
disciplinae Oratoriae. Hinc
Nota quod Ars praestat nobis certam viam et rationem
dicendi
2do Naturam bonam reddit meliorem, nam ut inquit
Tullius: Ars est dux certior quam Natura. aliud enim
est Poetarum more verba fundere; aliud ea quae
dicas ratione et arte distinguere. Unde licet
facundo sinu et quasi exuberanti alveo omnia
profundens Natura, esto plurimos, tam felici par
tu effuderit (ut certa prodomum alicuius manum
loquentes sole enitescant. nihilominusque plusquam supp
entes noctuas, illas caecutire fatendum, si illis lucida
falos artis non affulsit
Adverte beneficio artis sicut nostra terrae conficimus

et non fortuito ita descriptis ahorum oratorum. opti
me iudicamq cognoscendo in ipsis quidquid dignum
cognitu.

Imitatio est observatio rerum illustrium, studiosa
et artificii viri laudatis oratorum verbis et scriptis
suadendo nobis ut illis similes inducendo esse vale
amq

Scias Imitationem esse maxime necessariam et
sine illa nemo satis proficere potest. et quamvis
non desinam qui dicam suam cuiq naturam, esse du
cem in dicendo et scribendo: id tamen non est pro
num judicio Poetæ qui dicit Non omnis fert omnia
tellus. Tum Seneca inquietis. Opus est aliquo
adquem stylus moresq nostri semper se ipsi exi
gant. Tum Lipsii ab imitatione spes omnis ore
scendi. Phrasium et verborum aquiritur. Utrum
Scias ergo quod Plato Socratem usq adeo suis scriptis
imitatus est. ut Iunior Socrates passim etiam ab
Aristotele appellatus fuerit.

Polybium secutus est Cuspini Bodinq Paulus Iovius
quod attinet ad universam sui temporis historiam.
Duos magnos rerum in Græcia gestarum scri
ptores, Herodotum et Thucydidem summos fuisse
imitatores Homeri; tradidit Demetrius Phalereus
Virgilius etiam. quamvis ingenio excellentissimo
fuerit maluit tamen in plerisq Græcos tanto imi
tari quam suo marte cum periculo scribere. Sic
in Eclogis Theocritum in Georgicis, de signis tem
pestatum Arati Phænomena imitatus est. in
scribenda eversione Troiæ Lysandrum fere ad ver
bum transtulit. Greidem totam Homeri Iliada et
Odysseam in unum contrahens composuit. Ovidiq
Naso Callimachum Poetam, qui Ira et Apollonii

discipulum ingratum Carmen et maralentum edi 5
deret. Demostenes Pelidem imitatus est tam
in alijs tum in hoc ipso qd nunquam nisi proemie
ditatus verba faceret. quare, auctoritatem quide
Pericli imparem. ast eloquentiae Principatum
obtinuit. Marcus Tullius Cicero (ipse profitens ta.
tus eloquentiae Parens et Princeps) ex Graecis
Demostenem imitatus est, ex Latinis Crassum
Hortensium inter oratores summum ut ipsemet
in Bruto testatur. Hinc
Colligite quod Imitatio vobis Nobilissimi eloquentiae
Candidati est necessaria tam in phrasi quam in
inventione et Dispositione argumentorum, argu
mentationum partium orationis, ipsiusque elocutio
nis ac pronunciationis
Exercitatio est assiduus usus et consuetudo dicen
di
Nota 1mo quod sicut imitatio, artem ita exercitatio
ipsam Imitationem perficit absolutionemque et perfectionem
dicendi consumat,
Nota 2do Exercitationem fieli his modis 1mo aliquid
dicitur proprio scribere ingenio 2do ex alieno Idio
mate in proprium vel iterum alienum pervertere.
3tio aliquam sententiam alijs verbis efferre. 4to
quo ab aliquo breviter dicta fusius dilatare. 5to
e contra hoc est fusa contrahere 6to Poetarum
scripta in Orationum convertere Stylum. 7mo in
plolatione unius diversi modi locutionem figuram
ordinem mutare aut invertere, ita, ut par et simile
videatur, et in diversum, ut sic ars appareat lateat
artificium 8uo multum iuvat Dialogisticas
conficere Scriptiones. nam hae praeter verba

selecta etiam iudicium inquirunt delectationemq afferunt, quae ex personarum varietate gignitur. Ulti mo veras causas tractare in tribus generibus causarum.

Praeambulum 2tum.

Quid est Eloquentia Oratio, Rhetor, Orator, Actor, Declamator, Concionator, eloquens Philosophus et Disertus.

Eloquentia e vis et facultas respiciendi inveniendi et dicendi cum ornatu, qd in unaquaque re et oratione probabile e et ad persuadendum aptissimum.

Hinc colliges qd eloquentia differt à Rhetorica tanqm effectus a causa eloquentia enim est effectus Rhetoricae.

Oratio est rerum quas mente concepimus, clara, docta, et artificiosa, per externum sermonem expositio atq explicatio.

Rhetor est qui bene, copiose et ornate dicendi praecepta tradit.

Orator est vir bonus dicendi peritus, in causis publicis rectè praecepta Rhetoricae ornate et copiose in unaquaque re disserendo.

Actor est qui causas forenses agit quales sunt in iudicijs aliter Patroni publicius et iurisperitus dictus.

Declamator est qui suam vel alienam orationem declamat, exercitij causa.

Concionator e orator Ecclesiasticus praedicans verbum Dei multitudini ad illud audiendum congregatae.

Eloquens est idem cum oratore differens nisi sola suavitate vocis et oris gratia.

Philosopus est qui habens amorem Sapientiae eloquentiam etiam non postponit.

Disertus e qui in loquendo copiose quidem sed non oratorie disserit.

Praeambulum 3tium.

De Officio Fine et Instrumento oratoris.

Officium Oratoris e duplex Unum Generale 2dum Speciale. 6
Officium Gnale e apposite dicere de re quavis proposi
ta ad persuadendum et Ratio est circa officium
in unaquaq re illud dicitur, qd praestare debet Ora
tor ad consequendum finem sibi propositum, ulq
medici officium est praebere potiones rationem
praescribere, nihilq eorum praetermittere, quae vale
ant ad sanandum, cum sanitas sit medici finis.
Ita pariter Orator adhibere debet ea omnia quae
conducunt ad flectendos et permovendos, convin
cendosq animos auditorum; siquidem Oratoris finis
e persuadere dictione
Officium speciale est docere movere et delectare.
et quidem primo Orator debet docere, ad fidem
faciendam gratia necessitatis, ubi requiritur acumen
2do movere ad concitandos affectus gratia victo
riae, ubi vis Orationis requiritur;
3tio delectare ad conciliationem gratia suavitatis
ubi requiritur lenitas. hinc
Adverte quod obiectum Rhe sint res omnes; siquidem
Orator potest de re quavis proposita ornate co
piose appositeq dicere.
Finis Oratoris (ut dictum) est persuadere dictione
hoc est adducere auditorem Oratione sua ut non
solum intelligat sed etiam accedat voluntate ad id,
qd Orator persuadet dictione,
Finis est duplex Internus et Externus.
Finis internus est, qui consistit in Oratore ut plu
dentér distincte ornate et apte compositam dicat
Orationem. et hunc finem semper assequitur Orator.
si nihil ex praedictis omiserit
Finis Externus est qui consistit ipsa auditoris vo
luntate et assensu, et hunc finem non semper con
sequitur Orator quemadmodum medicus, nonsemper
fungitur suo munere

ut relevetur eger et quamvis adhibeat medicamenta
Interdum docta plus valet arte malum
Instrumentum oratoris est oratio copiosa perfecta ornata verbis et sententiis graviis erudita; et sensibus hominum animorum motibus accomodata;
Quomodo definiatur ipsa oratio dictum superius in Proambulo
Collige, quam sit necesse oratorem peritum esse civilis scientiæ, historiarum et exemplorum plenissimum, ut eius oratio, sit instrumentum, ad homines bene gubernandos. Sicut enim civilis scientia novit homines gubernare per legem, ita eloquentia per orationem itaq.
Nobilissimi eloquentiæ candidati commendo plurimum, illamq diligentissimam authorum lectionem nec non exactissimam, verborum sententiarum; aliarumq eruditionum ex illis annotationem. Neglectam enim lectionem plurimi, sed serius doluerunt: et nihil vetat, præter Tullium, elacteo quoq Livis e suavi curcio et puro crusale, aliisq Latinis authoribus supellectilem tesaurisare

Preambulum 6tum.
De Obietto seu Quæstione Ræ

Scias obiettum, materia, circa quam, materia dicenda quæstio oratoria, propositio, status, thema sunt voces sinonimæ seu idem significantes in re.
Obiettum Ræ seu materia circa quam. Sunt res omnes de quibus quæstio institui potest
Quæstio vero est propositio in disputationem ducta ad quam velluti ad terminum, omnes orationis partes, et omnium partium argumenta sunt referenda.
Quæstio dividitur quadrupliciter. Pmo ratione quanti

tatis, 2do Ratione Finis. 3tio Ratione Materiae 7
4to Ratione Complexionis
Quaestio ratione quantitatis est duplex Finita et Infinita;
Quaestio Infinita Lat. Gr. Thesis, e, in qua quaeritur generaliter de aliqua re. sine certa determinatione Personarum. Locorum. temporum, et aliarum Circumstantiarum vg
An sint tributa exigenda.
Quaestio Finita Lat. Gr. Hypothesis, est in qua quaeritur particulariter. de aliqua re. cum certa determinatione, Personarum, Locorum, Temporum et aliarum Circumstantiarum. vg
An, pro exsulatibus et propriis copijs ob exhaustam plebe, sint exigenda tributa.
Quaestio Ratione Finis e duplex, Theorica et Practica
Quaestio Theorica Gr. Lat. Speculativa est, quae pro fine, solam cognitionem veritatis habet. vg.
An Sol sit centrum universi.
Et haec e triplex 1ma an sit, in qua quaeritur existentia alicujus. vg. An montes aurei dentur
2da quid sit in qua quaeritur et essentia alicuius rei. Quid est Sol quid est homo. &c
3tia quale sit in qua alicuius rei inquiritur qualitas seu proprietas, vg sit ne sol mobilis sit ne Stella rotunda.
Quaestio Practica Gr. Lat. Activa e, quae pro fine habet praxim seu Actionem vg.
Quomodo miles in obsequio Ducum erga Patriae continendus est.
Quaestio Ratione Materiae iuxta tria genera Causarum, dividitur tripliciter in Demonstrativam Deliberativam et Judicialem.
Quaestio Demonstrativa e in qua quaeritur de laude vel vituperio alicuius Personae facti rei &

Quaestio Deliberativa est in qua quaeritur, utrum aliquid faciendum vel non.
Quaestio Iudicialis est in qua quaeritur utrum aliquis accusandus vel defendendus.
Quaestio Ratione Complexionis dividitur in Simplicem et conjunctam.
Quaestio simplex est in qua de una re quaeritur v.g. Utrum Rhetores debeant adesse Oratoriis.
Quaestio Conjuncta est in qua de pluribus rebus simul quaeritur v.g. Utrum Rhetores non solum debeant adesse Oratoriis sed etiam Reditum memoriae decursionibus reddere.

Praeambulum Quintum
De Causis Rhetoricae

Causa est id quod sua vi efficit id cuius est causa v.g. Ignis est causa caloris quia sua vi generat calorem.
Causae communiter uniuscuiusque rei statuuntur quatuor Materialis Formalis Efficiens et Finalis.
Causa materialis est triplex ex qua in qua et circa quam aliquid fit.
Materia ex qua nulla est, nam Rhetorica est accidens; accidentia vero nullam habent subiectam materiam ex qua fiant.
Materia in qua Rhetoricae est intellectus humanus quia illi veluti subiecto accidens Rhetorica inhaeret.
Materia circa quam seu obiectum, ut superiori praeambulo dictum sunt res omnes de quibus orator potest instituere quaestionem
Causa Formalis est est ratio rei et nota per quam res est id, quod est, in sua natura, et a rebus aliis distinguitur,

Sed sciās quod cāā formalis in artib⁹ et scientijs est Methodus tractandi. 8
Methodus verbo ipsa nihil e aliud quam ratio et modus procedendi, in Scientijs et artib⁹
Methodus est duplex Synthetica et Analitica
Methodus synthetica Græ Lati Compositiua est quā procedit⁹ a partib⁹ ad totum. q. in gram. proceditur a literis ad syllabas, a syllabis ad dictiones ab his ad orationem. De
Methodus Analitica Græ Lati Resolutiua; est, qua proceditur a toto ad partes v.g. dum resolutur oratio in dictiones, dictiones in syllabas hæ in literas.
In nostra Rhā, procedemus methodo Synthetica nam progemur per partes ad totius constitutionem.
Causa Efficiens est a qua aliquid fit v.g. ab oratore oratio, ab Aedificatore Annulus
Cāā Efficiens ē duplex Remota et Proxima.
Cāā efficiens Remota est aqua mediate aliquid fit v.g. a Scriptore, mediante calamo scriptio
Proxima cāā ē aqua immediate aliquid fit v.g. a calamo scriptio,
Rhæ nostræ Cāā Remota est Deus gloriosus aquo sicut omnia ex nihilo producta s.t. ita et omnes artes ac Scientiæ adinventæ s.t. et humanis mentib⁹ instillatæ Consequenter et Rhā. ut donum singulare hominib⁹ data est.
Proxima cāā, Rhā est duplex Prima in communi homo, altera in particulari. Simon Cauterius
Cāā finalis est propter quam aliquid fit v.g. deambulatio propter sanitatem et hæc ē duplex Ultima et Proxima
Ultima ē honor et gloria Dei adquam sicut oīa ita et studium Rhæ tendere debet
Proxima est Sufficiens futuri oratoris informatio

ut secundum Mam post Orationem perfectam formare nec non per Mam ad id, qd intendit, animos auditorum inflectere.

Praeambulum 8uum:
De Oeconimia Operis

Simon Caulerius totum suum opus divisit in Imo agemus de partibus Rhe Periodis Tropis et Figuris in 2do de Partibus Orationis Locis Communibus argumentationibus et Amplificatione. in 3tio de Genere Demonstrativo et omnibus ad illud spectantibus in 4to de Genere Deliberativo et omnibus ad illud pertinentibus in 5to de Genere Iudiciali et omnibus ad id spectantibus.

LIBER I
De Partibus Rhe. Periodis Tropis et Figuris et Charactheribus dicendi

In Imo libro statim de his tractare incipimus quae prius sunt in Rha necessarii cognitu et quidem singula singulis expediemus Capitibus scilicet

CAPUT I
De Partibus Rhe et omnibus huc spectantibus

Partes Rhe Communiter ab omnibus numerantur tex Inventio Dispositio Elocutio, Memoria et Pronunciatio. et Ratio est

Nam unusquisque volens conficere opus Rhum alias Orationem conscribere,

Imo debet invenire materiam certam 2do inventam disponere 3tio dispositam eloqui 4to memoria percipere. 5to Pronuntiare

Aliqui addunt partem 6tam iudicium sed hoc

juxta Quintilianum ad omnes se quinq; partes Rhe extendit ac proinde non est distinctum ab illas ut sint quasi anima omnium. 9
De singulis his partibus sint sui Paragraphi.

PARAGRAPHUS 1
De Inventione

Inventio est excogitatio rerum verarum aut veri similium quae causam probabilem reddunt.
Inventio est 4plex rerum argumentorum argumentationum et partium orationis.
Inventio rerum est per quam invenimus certam aliquam materiam de qua dicturi sumus.
Inventio rerum alter vocatur thema orationis seu quaestio oratoria seu materia circa quam.
Inventio argumentorum est per quam inquirimus rationes, et argumenta, quibus proposita materia seu thema confirmemus explicemus et amplificemus.
Inventio tam rerum quam argumentorum est duplex Communis et propria.
Inventio Communis est quae petitur ex locis Communibus
Inventio propria est quae petitur ex locis proprijs singulis causarum generibus de quibus infra.
Inventio argumentationum est per quam invenimus debitam formam. pro explicatione inventi argumenti aptissimam,
Inventio partium orationis est per quam invenimus vel assumimus partes orationis quibus noster sermo constare debet. hic
Notandum argumentum esse probabile inventum ad faciendam et fidem ut loci et sedes ac domicilium argumentorum. Argumentatio nihil aliud est quam argumenti explicatio

Nota 2do locos esse duplices alios intrinsecos alios extrinsecos. Intrinseci sunt 1o Ethimologia Coniugata Definitio, Divisio, Genus, Species Similitudo, Dissimilitudo, Opposita, Repugnantia, Adiuncta, Antecedentia Consequentia, Causa, Effectus, Comparata, Maiora, Minora, et pa[res] Extrinseci numerantur Iusiurandum, Tempus, Praeiudicia, fama, Tormentum, Testes et Tabulae.
Nota 3tio Argumentationes numerari has. Syllogismum Enthymema, Inductionem, Expolitionem, Collectionem Oratoriam, Soritem, Dilemma, Subiectionem, Enumerationem, Epichirema, et Chriam,
Nota 4to Partes Orationis, numerari sex Exordium Narrationem Propositionem Confirmationem Confutationem et Epilogum,

§ II

De quibusdam modis Inventioni servientibus

Primus Modus omnis et ultimus modus inveniendi aliquid est ingenium Oratoris, Prudensque Solertia quod quidem Inventio in suam naturam includit excogitationem.
2dus modus sunt tropi omnes quidem, sed maxime Metaphora Metonimia, Antonomasia et Allegoria, Sic quidam de Sancta Magdalena de Pazzis Carm[elitarum] Excogitavit Allegoriam toto orationis contextu retinendam, Princeps florum in pratis Carmeli crescentium, Diva Magdalena de Pazzis, Sic alius exhortaturus Iuventutem ad studia, confederationem Palladis Exolutum adversus foedum animorum hostem desidiam conscripsit
3tius modus Loci omnes intrinseci ut quidam a Notatione Nominis, de S. Thoma Aquinate perorando appellavit abyssum mysteriorum. Thomas enim abyssus interpretatur

Item aliq de Divis Stephano posto e natiue Infan
tis Dei Polona. Vg a Coniugatis Fundam de Li
bertate perorando dixit. In libertate natum o
stendum liberum non esse nisi qui se vitijs libe
raverit. Vg ab enumeratione partium. ostendum
qd Polona Libertas est maximum senatq ornamen
tum, nobilitatis columen, Heroum sanguinis preti
um spes unica populorum, Vg a Similitudine
Sol densas peccatorum tenebras in ortu dispel
lens Christus natus Vg ab Opposito seu Dispara
tis. Meridies ante ortum Virgo Immaculata con
cepta. Discordia concors libertas deliberans, Vg
ab Antecedentibus Tollere libertatem Regnum delere
est decernere equalitatem status Regna [illegible]
[illegible] Vg a Comparatis Juvenilisne aetas an
senex Caput honoris et [illegible]
4tus modus quem singulariter Statuo illumq
amplissimum et Adiuncta et Circumstantie
Personarum locorum Stemmatum, Honorum, quaeunq
aliarumq rerum, Vg a Circumstantia Stemma
tis Columnarum Meta honoris, a Circumstantia
capitis Caput ad mentem Patris Ecclesiae. &c
a Circumstantia temporis Veris Primitiae
Vel Delicia veris a Circumstantia Autumni
Vg Dilectum Ecclesiarum maturos sapientiae fructus
[illegible] autumni felix in profectus.
5tus modus Loci Extrinseci. Nam optime apo
iudicijs et tabulis seu Exemplis potest sumi
genus dicendi, et taliter scribendi Christo facti
Item a testimonio alicuius autoris. et talis
[illegible] Dicti, &c
6tus modus Omina et auguria ex Fatalo de
rum eventu sumendo. Vg ex oblata alicui clava

Herculeam Patriae defensionem, et Suspicione labentis Patriae fulcrum; ex Cancellariatu audean Patriae fortunae rotam ominando, de

Omnis modus est proponendo quaestionem problemmaticam quemadmodum et nos fecimus assumendo Artis Dispositionem cui totalis Oeconomia honoris Athleticis tribuitum et annorum per sibi emerendam Seu Disputatio Oratorum super Thesi Politica: Juvenibus an senectutis aetas aptior honoribus

Caeteros infinitos modos et innuit ingenium pludens Submittitabo

§ III

De Secunda Parte Artis Dispositione

Dispositio est rerum inventarum in ordinem distributio

Dispositio est triplex Partium Orationis, Argumentorum et Argumentationum.

Dispositio Partium Orationis est per quam Orator, juxta exigentiam Argumenti et rerum inventarum ordinem et numerum partium instituit

Dispositio Argumentorum est quo decet perspectam Argumenti naturam prius vel posterius illud ponere. Nam bonus Orator, debet imitari bonum Ducem qui alios a fronte illosque robustos, alios in medio illosque qualescunque ultimo ponit fortissimos ut sonat proverbium; Claudit

— claudit fortissimus agmen

Hoc idem in argumentis spectandum ad devincendos animos auditorum

Dispositio Argumentationum est Argumenti inventi in debitam formam reductio

Qualibet ex his tribus Dispositionibus est duplex
Una naturalis Altera Artificialis
Dispositio naturalis qua orator suo ordine nihil
adhibendo artis, collocat tam partes orationis
quam argumenta et argumentationis partes.
vz
In partibus orationis ponendo prius Exordium
tandem narrationem, tum propositionem, con-
firmationem, Confutationem et Epilogum ut ordo le[git]
est in praesenti oratione pro Deiotaro
In Argumentis prius sumpta ex locis intrinsecis
postea extrinsecis, &c
In Argumentationibus vz in Syllogismo prius proposi-
tionem ex maiori, postea ex minori assumptio-
nem, ultimo Complexionem et Conclusione
In Enthymemate, prius propo: ex Antecedente
Complexionem ex Conseq: &c et sic de aliis.
Dispositio Artificialis est qua orator, pro exigen-
tia rationis et opportunitate, iuxta libertatem
propositum et iudicium suum, sive aliquas
partes omittit, sive transponit, sive repetit
vz sola propositione ex Confirmatione consti-
tuendo orationem. NB 113
Quod hae duae partes sunt essentiales quae ne-
queunt omitti: aliae bene omittuntur, si
iudicaverit orator, in sua arte omittendas
Item in Argumentationibus in Enthymemate
ex Consequente ponendo propositionem ex Ante-
cedente rationem ex Consequente repetito
Complexionem. &c

§ IV

De Tertia Parte Rhetor. Elocutione.

Elocutio est idoneorum verborum et sententiarum
ad inventionem et Dispositionem accommodatio

Elocutio consistit in tribus in Elegantia dignitate et Compositione.

Quantum ad Elegantiam

Elegantia est lumen ac splendor orationis efficiens ut unum quodque verbum pure, Latine, aperte, et cum concinnitate proferatur. hinc

Elegantia consistit in duobus in Latinitate et Perspicuitate.

Latinitas est genuinus sermo latinus purus Romanus et ab omni vitio remotus.

Vitia latinitatis sunt tria Barbarismus Soloecismus et Barbara Lexis.

Barbarismus est dictio vitiose scripta vel pronunciata, contra latini sermonis usum ac legem, seu contra Orthographiam vel Prosodiam.

Soloecismus est vitiosa seu inepta partium orationis compositio v.g. supplico te pro tibi adiuvo tibi pro te.

Barbaralexis est dictio alicuius linguae peregrinae et certe apud Latinos inusitata v.g. ambsa meta pro p

Perspicuitas est, quae reddit apertam et dilucidam orationem, consistitque in verbis usitatis, genuinam significationem illius quod exprimendum exhibentibus et sensibus animi explicandis recte accomodatis. Unde verba in Elocutione non debent habere variam seu aequivocam significationem neque debent esse supervacua et impertinentia. Insuper debet esse ordo grammaticus rectus, alias gratia orationis perit.

Hinc collige, vitia perspicuitatis esse haec sex Acyrologia, Amphibologia, Tautologia, Pleonasmus Eclipsis et Aposiopesis

Acyrologia est, impropria dictionis alicuius usurpatio

Vg spelale pro timele, NB excepta necessitate, ubi Urgeta est. 12
Amphibologia est cum Oratio aliquam dubia habet sensum Vg Scio paulum percussisse Petrum Milonem occidisse Clodium.
Tautalogia seu Ungatio est, ejusdem verbi repetitio non necessaria, sed nonnulla causa facta ut fit, cum aliquid magno fastidio infestimnat ut venio et venio vel pasmietna pasmie prepasal & prepasalnicz &
Pleonasmus est redundantia cum scilicet ad sententiam perfectam, adiatur aliquid superva cuum Vg meis vidi oculis
Eclypsis est Pleonasmo contraria cum aliquid sermoni deest, quo minus plenus sit Vg Leud aut tu vel multis id est dicam
Aposiopesis adhuc magis Pleonasmo contraria Eclypsim exsuperans cum aliqua dicti sermoni necessaria desunt, et quod desit, non facile intelligitur quemadmodum in Eclypsi facile
Adverte: quod praeter hoc vitia perspicuitatis quoque non postremum vitium est Hyperbaton cum suis speciebus de quo inter Tropos orationis De Eclipsi et Aposiopesi inter figuras agemus

Quantum ad Dignitatem.

Dignitas est Conformatio quaedam Orationis constans verborum atque sententiarum ornatu, quo supra solitum et vulgare dicendi consuetudinem, extollitur Oratio, efficiturque iucunda, Copiosa et splendida.
Dignitas consistet in Tropis et Figuris
Tropus est dictionis vel Orationis a propria significatione ad impropriam cum venustate translatio, estque duplex Dictionis seu verbi et Orationis,
Dictionis sunt decem Metaphora Synecdoche Metoni

mia Antonomasia, Onomatopeia, Catachresis, et Metalepsis
Orationis 4or Allegoria, Periphrasis, Hyperbole et Hyperbaton de quibus Iterum mox suo capite.
Figura est quaedam conformatio orationis a communi et plurimum se offerente sermone remota, consistens tam in translatis quam in propriis verbis. Estq triplex verborum, sententiarum et amplificationum de quibus iidem suo capite.

Quantum ad compositionem.
Compositio est apta et concinna suaviterq numerosa, verborum et sententiarum conductio quâ lenis et aequabilis, suiq modalis fit perpolita oratio.
Compositio consistit in 4or in ordine, Junctura, Periodis, et numeris
De his singulis cum suis definitionibus fusius capite suo.

§ V

De Quarta Parte Rhe Memoria

Memoria est firma animi rerum et verborum perceptio.
Memoria est duplex natis et artificialis.
Moria natis est quae nostris animis insita est, et simul cum cogitatione nasta.
Memoria Artificialis est, quae ratione perceptionis roboratur et confirmatur inductione quadam, quae naturam multum iuvat.
Memoria Alpalis est pars eloquentiae, est enim thesaurus rerum oratoriae elocutioni servientium, utroq verborum, dictorum, sententiarum, exemplorum, Rhetorum.
Memoria adeo est oratori necessaria ut sine illa nemo possit esse orator bonus, quae licet ad omnes partes sit necessaria tanquam illis communis, nihilominus vero maxime elocutioni, multo magis Pronunciationi. Siquidem orator coram populo debet dicere et quidem prompte non hesitanter, ita, ut plus auditori desit patientia audiendi quam oratori dicendi.

Veteres de memoria, multa conscripserunt, illiq arti ficium, prodiderunt, que locos et Imagines de quibq ptio, curiosaq magis, quam fructuosa; siquidem hoc Artificium, nec proto obscuratum fuisse nec obser vandum aliquando

Credunt etiam multas praescriptiones tradunt, sed super vacuas, nam iuxta illos, quisquis memoriam publi catos esset prius, media consumeretur. qm memoria fabricam consumaret. Bo trzeba tego wiersz tego nie iec tego niepiey niepiey dlugo, tak daleco że ij chlet zytkij offerit memoriae iuxta medicos

A Patente, ac Principe Eloquentiae Tullio efficax Arti ficium adfero: qui dixit: e memoria excolendo, sicut alia omnia, augetur.

§ VI

De Quarta Parte Rhe. Pronunciatione

Pronunciatio est vocis Vultus ac gesty pro rerum et affectuum natura ac varietate, moderatio cum venu state.

Pronunciatio e utilissima et difficillima, Demostenes summus orator, interrogatq a quodam ter, in quo consistit eloquentia. Respondit ter: in actione

Pronunciatio habet partes duas vocem et gestum et

Ratio e: nam orator orationis suae finem habet ut persuadeat dictione. Seu affectum debet etiam move re, ut penetret ad animum, iam autem duobq tantis sensibq omnis ad animum penetrat affectq. Scilicet Auditu, et visu, vox autem movet auditum, Gestus vi sum,

Quantum ad Vocem.

Vox est sonq certis naturae instrumentis in ore homi nis formatq, ratione et industria temperatq

Dicitur natae instrumentis nam ad formationem vocis, ista q requiruntur hoc distycho contenta

Instrumenta novem sunt guttur, lingua, palatum,
Quatuor et dentes et duo labia simul.
Vox in Oratore debet esse varia pro varietate exprimendorum affectuum,
In iracundia, vox acuta, incitata, crebro incidens,
In miseratione et moerore vox flexibilis plena interrupta flebilitate, in metu vox dimissa, haesitans, abiecta,
In vi vox contenta vehemens, imminens, quadam incitatione gravitatis,
In voluptate vox effusa lenis, tenera, hilarata, ac remissa,
In modestia vox sine commiseratione gravis et uno pressu ac sono obducta.
Ista enumerata vocis bonitas cuilibet optanda sed frustra optabitur, nisi adhibeatur tractatio et exercitium itaq.
Illis orator variabit et mutabit, omnesq. sonorum tum intendens, tum remittens, persequetur gradus, Idq. non solum in diversis rebus, sed etiam in iisdem partibus iisdemq. affectibus, quasdam non ita magnas mutationes adhibebit. Nam varietas cum gratiam parit ac renovat aures, tum dicentem ipsa laboris mutatione reficit.
Quantum ad Gestum,
Gestus est totius corporis et partium eius pro rerum animo conceptarum et affectuum varietate moderatio, quae probabiliora reddit ea, quae pronunciantur. Hinc colligitur facile in quo consistit gestus scilicet in motu corporis et eius partium principalium. itaq.
Status debet esse erectus et celsus. Nulla mollitia cervicum, nullae argutiae digitorum, Trunco magis toto se orator moderabitur et virili laterum flexione, Brachii porrectione in contentionibus, contractione in remissis. Pedis supplosione in contentionibus aut incipiendis aut finiendis.
Sed in ore est omnia, in quo dominatus est oculorum, quoniam omnis actio est animi, et imago animi vultus est,

indices oculi;
Hæc unica pars corporis, quot animi sunt motus tot signi ficationes et commutationes potest efficere.
Adverte qd non e' oris species nimis immutanda, ne aut ad ineptias aut ad pravitatem aliquam deferat.
Oculorum igitur remissione, coniectu, hilaritate, motus animorum, significantibus aptè cum genere ipso orationis
Est enim actio quasi sermo corporis quo magis me nti congruens esse debet,
Et hæc pro interim dicta, sufficiant de partibus Rhet.

CAPUT Zdum

De Periodis

Caput hoc tertiam Partem Elocutionis continet quæ est compositio
In hoc Capite agetur de his omnibus quæ spectant ad compositionem, scil: de Ordine Junctura Nume ris et Periodis, pro meliori intellectione distinctis paragraphis

§1

De Ordine qui spectatur in Compositione

Ordo est, apta verborum simplicium et coniuncto rum Dispositio. etaq
Ordo erit bonus in Compositione, si
1mo in simplicibus periodis subiicietur gravius dum oratio crescit seu Amplificatur. v.g. Cicero in Oratione nostra pro Deiotaro: Cuius enim Ci vis ei regi etiam faveret, cuius omnem ætatem in Populi Romani bellis consumptam esse me minisset. spectatorem Curiam, intueretur forum Cælu deniq testatorem ipsum, NB
Sed 3 hoc vel maximè attendi debet in congerie ubi multa coacervantur et enumerantur.

B

2do cum oratio imminuatur debent gravioribus succedere leviora v.g. Prius Deus tandem Angeli tandem homines & prius dies qm nox ortus quam occasus.
Servavit hunc ordinem Cicero ibidem in oratione pro Deiotaro ~~agens~~, inquiens, sic: cum et Deorum immortalium et populi Romani et Senatus beneficia in Regem Deiotarum recordarer, nullo modo mihi deesse posset oratio
3tio Cum non tantum in significatione sed etiā in numeris syllabarum crescere debeat oratio ideo claudere sententiam verbo est optimum si compositio patiatur. At si id erit asperum, decori orationis consulatur v.g. Commoditati ingenium. gravitati aetas libertati tempora et impedimento
Advertendum in congrue observari in principio in medio, et in fine periodi ut se numero syllabarum sensim fusiora verba excipiant: v.g. Inversa. Virtute Reip: nisi videmus integritatem. Hic hoc facile quisq iudicabit si alium in hoc exemplo fecerit ordinem. et sic de aliis

§ II

De Iunctura quæ spectatur in compositione
Iunctura e connexio vocum ad lenem. et glatam orationis fluxum efficiendum ut aspera claudicatio, et hyatq vitetur
Itaq iunctura erit optima in compositione sic
1mo Vocum extrema. cum sequentibq primis ita iungantur ut aspere non concurrant, v.g. Rex Xerxes exercitum expediviit vel, Ignis solis stupor Romanis sufficit
2do non sit vocalium concursus reddentium orationem hiulcam, v.g. Pauci adorta adit ipse etiam, & Itam talis e pronuntiatio gravis
3tio Ultima praecedentis verbi syllaba non sit initium sequentis immediate. v.g. O fortunata

natam me Consule Romam, et Desidiosa Sedas esse fruges natas

6to Si plures Monosyllaba, aut quocunque numero syllabarum equales concurrunt, vg Tuo laudi du cas totum hic sex est hinc

Nota qd Electatio est maxime necessaria in Compositione, nam facile animus indicendo perspiciet, ne in conductis vel verbis offendant aures. Quapropter adhuc Scias

Imo qd suavis est iunctura, cum vocalis e toto ore profertur subsequitur aliam vg Men [illegible] Ablupius hiatus fit ex iis, quae patulo ore et cavo proferuntur quale est A et item O qd inflat buccam E vero os dilatat, I vix ea [illegible] contractis oris partibus. E itaque plenior est I. Angustior A et O frequentate, aut vastam aut grandem faciunt Orationem vg Principio delectara [illegible] pueem per alias exquirunt E et I exilem faciunt Orationem vg Erit ille mihi Deus illius

Saepe tener nostris ab ovilibus imbuet agnus

AO et E orationem suavem efficiunt in qua regnant sua varietate.

Scius 2do qd insuavis est concursus consonantium post se R et S item aliarum consonantium quae contrario oris habitu proferuntur, si vg una claudendo aperiendo alia, aut unaleniter, altera aspera pellant spiritum uti D T B item Q G C si iungantur necesse est alterarum corrumpi, Vitandum ergo est hoc in compositione

§ III

De numeris qui in Compositione spectant

Numerus et Rithmus quidam non ita exquisitus ut in Poematis et Canticis, verum sic dissimulatus ut tamen sentiatur et grato quodam sono cadat in aurem et animum audientis

Numerus fit ex Ordine et junctura propositione

membrorum et Periodorum alter dicit concinnitas
Orator Oratione numerosa differt a Rudi, nam Rudis
incondite fundit, qd potest et quidquid dicit spiritum
non arte determinat,
Orator vero sic ligat sententiam verbis ut nihil inane
nihil inconditum nihil cultum nihil claudicans, nihil
redundans, sit in oratione hinc
Scias quod numerus oratoris sit quadruplex 1mus
Commatum, 2dum Membrorum, 3tius Periodorum
4tus Pedum
De numeris commatum et Periodorum agemus
sequentibus paragraphis etc
Nota quod numerus 4tus pedum, differt a nume
ro Poetico quia apud Poetas semper est idem
rursus Pedum, ut patet in versibus eiusdem generis qui
iisdem pedibus semper constant Numerus vero
Oratorius omnes pedes admittit permistim, nec
quantitatem syllabarum sed tempus respicit In
de Oratio numerosa non ex numeris constat, quam
proxime potius ad numeros accedit, quo Orationem aqui
rit, Ex quo numerus summe necessarius est. et iudi
cium vel maxime quibus in principio medio
vel fine utendum pedibus est scilicet, tam aures audi
entium, quam spiritus pronunciantium aquiescat et ani
mi iucunditate reficiantur, itaque non unum pedem
sed duos aut tres rotas continuos observent,
Pedes in universum, hi sunt. 4or dissilabi Spon
deus Pirichius vero Trocheus Iambus. 2do trisyl
labi molosus Tribrachus, Dactylus, anapaestus, Bachi
us antibachius. Creticus, amphibrachis, 3ri Tetra
syllabi. Dispondeus, Proceleusmaticus, Ditrocheus Diam
bus Choriambus, Antipastus, Ionicus a maiore Ioni
cus a minore Peanes 4uor, Epitriti 4uor, 4to Pen
tasyllabus unus Dochmius, ex Bachio et Iambo,
In fine poni sit, Ditrocheus, Peon 1mus, Spondeus Dispon
deus, Creticus, Molosus, Tribrachis, duo Ditrochei
et Dochmius, Creticus et Ditrocheus, Peon 4tus et Ditrocheus

Iambus et Dispondeus, Iambus et Dactylus, omnes Epitriti; concinne finem terminant, prout judicium oratoris prudens judicaverit,

In principiis optimi sunt, Peon 1mus, molosus, dactylus spondeus, et Anapestus, Iambi duo cum Spondeis,

In medio ne mala compositio verborum impediat pronunciationem et instrumenta vocis, cavendum ideoque laudantur Oratori, Peones 1mus et 4tus, Dochimi, Molosi, spondei. In celeritate Dactilis, Anapestis, Iambis, Tribrachis, Tribrachibus utendum, e contra in gravitate.

Advertere quod si vox quadrisyllaba, cujus penultima producitur, si ante se immediate trisyllabam aut quadrisyllabam cujus penultima brevis habuerit consistentiam Periodi iucundam efficiat,

§ IV

Postquam egimus de iis, quae in bona periodi compositione sunt spectanda, nunc restat agendum de ipsis periodis, et partibus earum ab hoc paragrapho inapiendo, nam ex cognitione partium periodi facilius intelligetur quid sit periodus.

Partes Periodi sunt duae Membrum seu Colon, et Incisum seu Comma;

Incisum seu Articulus Graece Comma est pars membri uno vel pluribus verbis constans, imperfecto sensu estque duplex Dictionis et Orationis,

Incisum Dictionis est quod singulis vocibus absolvitur, ut: Incertamine athleta, sudore, calore, frigore, pulvere, multo labore, periculis luctari oportet

Incisum Orationis est quod pluribus verbis conficitur ut: In hoc mundo plurima pati et omnia ferre decet.

Membrum Lat. Colon est pars Periodi, perfectam quidem sintaxin definiens non tamen ita absolutum reddens sensum, ut auditor aquiescat nec expectet subsequentiam.

Vg Quemadmodum in certamine atletam sudore, calore, frigore, pulvere, multo labore, periculis lucta. re oportet. est membrum suspensi sensus cui si alterum addas conficies orationem.
Membrum est duplex simplex et compositum
Membrum simplex est quod sine ullo commate perfectum: et habet syntaxim sensum perfectum.
Membrum compositum est quod ex duobus aut pluribus inciscis conficitur.
Exemplum utriusque in Periodo bimembri: Quis splendidam non modicam gloriæ palmam; in hoc mundo plurima pati et omnia strenue ferre debet.
Incisum a membro differt 1mo. Quia membrum habet sintaxim perfectam. licet sensum non ab solutum.
Incisum vero nec sensum nec sintaxim perfectam
2do quia membrum supra viginti syllabas ascendit infra vero undecim nunquam descendit
Incisum vero extenditur seu ascendit ad decem syllabas et reducitur etiam ad unam. Vg fac, nisi, cogi velis
Adverte. quod etiam incisum aliquando perfectum habet sensum. Vg Calamitates plerumque causa utilitatis vel opes irritamenta malorum. Vel et bonorum oblivio pessima. Vel otia corpus alunt.
Collige quod aliquando incisum in componenda periodo vicem membri obtinet.
Nota tam incisum quam membrum dicta propositione esse triplex parvum, mediocre, et magnum,

§ V

Quid est et quotuplex Periodus
Periodus est Græca dictio quæ significat circuitum

seu Comprehensionem
Periody est Oratio cuius Principium et finis uno quasi intuitu spectari potest. Seu Periodus est continuatio membrorum et Commatum ita apte et rotunde, connexorum. ut plenam sententiam, perfectamq conclusionem referat atq expleat. Nimirum Intellige quod non aliqua nota grammatica. et Sed sensq perfectus terminat periodum sicut nec membrum: sed Syntaxis perfecta licet sensq sit suspensivus. Commatis autem nota ubiq scribi potest propter dirimendam amphibologiam

Periodi sunt duplices. aliæ Regulares quæ aliter dicuntur propriæ aliæ irregulares seu impropriæ ut pote quæ præfixum membrorum numerum non observant. sed modo pluribus modo paucioribus abundant Periodi vero regulares non item
Periodi Regulares sunt quatuor Monocolos Dicolos. Tricolos. Tetracolos
Irregulares sunt quinque Sinonotenes Pneumatica periody Pneuma Thasis et Periodica circumductio

De Periodis Regularibus

Prima Monocolos seu unimembris cum membrum plenam ac perfectam comprehendit sententiam estq duplex Prima simplex ut Seneca. Calamitates nobis a Deo utilitatis causa immituntur 2da Composita: quemlibet mortalium in hoc mundo plurima pati et omnia [illegible] fere felle decet,
2da Dicolos seu bimembris quæ duabus membris particulis redditivis inter se connexis plenam et perfectam comprehendit sententiam. ut Nunquam in nostri propositum cordis, ita se se comitantur mala, ut omnem ad nos felicitatem præcludant

vlam
stria Trícolos seu trimembris quæ tribus membris inter se connexis plenam ac perfectam complectendo sententiam, Clementissimus universi gubernator Deus ita in genus humanum effudit mala ut statim necesse sit, ibi esse fontem, ex quo dulces felicitatis profluant undæ.

4ta Tetracolos seu quadrimembris quæ quatuor membris particulis redditivis inter se connexis plenam ac perfectam comprehendit sententiam, ut Nemo ancipiti mente ignarus hæret. Juvenes Nobilissimi. quin vos ad auspicatam eloquentiæ inchoationem. optimum animum, et docilem attuleritis mentem: nihilominus non vos latent. studium et felicitatem dicendi inauspicatam futuram. nisi cernui adoratore coram divina majestate procumbentes genu citius vobis opem implorave ritis

Nota quod quemadmodum Monocolos est duplex simplex et composita ita etiam Dicolos Tricolos et Tetracolos, est duplex simplex et composita.

Simplex quæ constat simplicibus membris,

Composita quæ compositis

Talis q. Periodus Composita actu paucioribus membrorum, potestate vero plurium: quia si singula commata suo concluderentur verbo. efficerent singula membra.

De Periodis Irregularibus

Prima Schænotenes, est Periodus uni membris prolixa in modum longi funis protensa estque duplex prima quæ solis incisis constat ut Omnem gloriæ messem. omnem felicitatis universæ portionem. et ingentem sui apud gentes exteras opinio

nem unice Polonae libertati debet.
2da quae membris per modum Parentheseos inter iectis protenditur et vocatur Periodus schinostenes per traiectionem. Vg Nemo unquam et secundis bonae mentis dotibus, et egregie singulorum membrorum venustati et fortunae, licet universas ad sternat ille pleno succesuum numero prosperitatem, rapiet enim cuncta haec breve et irrevocabile tempus, minimum confidat
3da Pneumatica Periodus est quae constat membris schynostenicis et potest esse. bimembris 3bris 4bris. Vg 2bris Et ex mersis toties in hostium sanguine mucronibus, et fortunatissime in Pro aris acie decerptis triumphalibus palmis feracissimum gloriae acervum habet Sarmatia; sita ex libero iure vetandi maximum semper omnium ornamentum, invidendum extraneis fortunae opus singulare talentum. potissimam laudis accessionem occupat.
4ta Pneuma est non tam Periodus quam pars Orationis constans multis membris et commatibus eousque protensis quo ad spiritus dicentis proferre queat.
Pneuma habet duas Partes Prima est quae Diania alter vocatur intendum. et semper est longior
2da Epilogus est semper et brevior unde est quasi bimembris Periodus Vg Diania
Neque etiam loci huius insolentia quod tantam causam, quanta nulla unquam in disceptatione versata est dico, intra domesticos parietes dico extra conventum, et eam frequentiam in qua Oratorum studia esse nunc solent, in tuis oculis in tuo ore uultuque aquiesco. te unum intueor, ad te unum omnis mea spectat oratio. Epilogus
Quae mihi ad praesens optinendae veritatis gravissima et ad motum animi et ad omnem impetum dicendi contemptionemque remora

4ta Thasis est quae est etiam Pneuma, in eo tamen differt qd longiora habeat membra. Thasis qm Pneuma, unde dicitur lati extensio. quia et Dianea et Epilogus. mira sunt longitudines qdoq pars qdoq Epilogus longior qm Dianea. et spiritum dicentis excedunt. Ut quidquid alibi glanda manubus Bellona innatis, e naturali gloriae animabus splendoribus collocat; quidquid auro et opibus tumidus Pluto in omnibus divitiis fortunae censet, quidquid feracissimis plenisque campis felicitati adscribit Asia, totum hoc libertatis Polonae, ut elinis, gloria sua splendoribus in omnium oculis refulgens thesaurus ita evincit, ut et Martis laudes splendores extingui et opibus tumidiores Plutonis, Divitiae cum sua aestimatione sepeliri et feracissima fructuum Asiae messis valorem perdere debeat, collata cum pretio tantae libertatis.

5ta Periodica Circumductio est quae habet similitudinem Periodi non tamen est. fitque 1mo Quando offertur per parenthesim seu Pace ctionem membrorum vel per Delegma.
2do si fuerint membra dissoluta nec inter se connexa. reddititiis particulis,
3tio si non fuerit sufficiens extensio ~~non~~ membrorum
4to si sint plura qm quatuor membra. idque sine sint brevia, nam si sint longa, iam transibunt in Pneuma, si quidem omnis periodus longis vel pluribus qm quatuor constans membris est periodus Pneuma vel Thasis

§ VI

De alia Periodi Divisione.

Periodus adhuc dividitur ratione qualitatis et inaequalitatis, tum collocationis membrorum. itaque

1ma Periody Dicolos est triplex 1ma Dicolos Isocolos qdo ambo membra sunt sibi fere paria numero syllabarum. Sicut in oratoria dicendi facultate ceteris eminet: ille est dignus altissimis quibusvis honorum subsellijs 19

2da Dicolos Anisos Meiocolos qdo est prius breve posterius longum membrum. Vg si in universo Poloniae magnum quippiam reperitur decus, non tam ex marciali campo aut auro opibusque fortunae sed ex unica libertate illud profluere indubie censendum est.

3tia Dicolo epiiros qdo econtra prius est longum posterius breve membrum. Vg non tam ex martiali campo aut auro opibusque fortunae &c

2da Periody Tricolos est etiam triplex

1ma Tricolos Ex Isopletos habens omnia tria membra fere equalia numero syllabarum Vg Libertati suae unica debet id palmarium Polonia quod ad eam felicitatis et honoris devenerit metam ad qm alijs libertatis expertibus pertingere non fuit licitum

2da Tricolos Isoscelis quae habet duo membra quaecunque equalia et tertium longius Vg si cui legatio ipsa mortis occasio fuisset Romani eius momentum extare voluerunt: ut in bellis periculosis obirent homines legationis munus audacius

3tia eAntisoscelis quod et duo membra equalia 3tium vero breviis Vg non tam bellicosae dextrae aut opibus qm unicae libertati suae debet id palmarium Polonia, quod ad eam felicitatis et honoris devenerit metam ad quam alijs bellicosis et divitibus vilis libertatis expertibus pertingere non fuit licitum.

3tio Periody Tetracolos Isosones quae habet omnia 4tuo membra fere pari numero syllabarum Vg e materiali alii gloria et domesticis opibus omne mutuarunt decus Polonia sola germanos

Polonia; horum omnium plenissima est nihilominus faci le illam gloria cathedram despicit quam libertatis pro priae nativus splendor non illustrat.
4to Periodus ex collocatione membrorum dicitur quadrata seu rotunda; quod inter se recurrant omnes illius partes, seu membra a quocunque inci pias semper suum sensum et venustatem ser vabunt.
5to Periodus dicitur fusa et volubilis quod pluribus contexta membris, longoque circuitu decurrens qua dragatum in modum aut leniter fluentis amnis sen tentiam vehit.
6to Periodus dicitur actu paucorum potestate plu rium membrorum alter dicta composita sicut patuit paragrapho 5to et haec sufficiant de periodis.

CAPUT III

Tropi in tertia parte Rhet. alias in elocutione con tinentur aut potius in 2da parte elocutionis scilicet in dignitate.
Tropus in communi Cap. 1mo Paragrapho 4to est definitus divisus et enumeratus. hoc capite de singu lis agendum restat itaque est.

§ I

De Metaphora.

Metaphora Graece sicut translatio est tropus quo transfertur verbum a propria significatione ad impropriam cum similitudine. v.g. Prata rident. et sit potissime quatuor modis
1mo ab animatis ad animata. v.g. hic homo latrat
2do ab inanimatis ad inanimata. v.g. virtutis luce nihil dig
3tio ab animatis ad inanimata. v.g. quis dat senes duo rum vestrorum.
4to ab inanimatis ad animata v.g. homines florentissi mi nostrae civitatis
Et hi modi sunt communissimi alii minus communes

4 vg a rebus Divinis ad humanas ut.
Namq erit ille mihi semper Deus illig alam
Saepe tener nostris ab ovilibg imbuet agnq
Vbi Caesarem Augustum appellat Deum. 2do item
a Caelestibg ad homines vg sol Poetarum pro Vir
gilio Tandem ab elementis ad res diversas vg
Accensus rancore.
Nota 1mo tribg de causis inventas esse metaphoras
1mo necessitatis 2do majoris significationis 3tio
dignitatis et ornamentis
Nota 2do in usu metaphorae cavenda esse, haec 1mo
ne inepta verba rebg tribuas 2do ne sint frequentes
metaphorae, 3tio ne sit nimis remotae et dura.

§ II

De Sinecthodoche
Sinecdoche Lat: Intellectio cum pro uno ponitq
aliud et fit octo modis
1mo cum ponitur pars pro toto vg puppis ~~vel prora~~
pro navi
2do totum pro parte. vg fons pro aqua. ignis pro scintillis
3tio unum pro pluribg vg civiles pro exercitu.
4to pro uno plura vg Oratores pro Oratore.
5to species pro genere, vg Boreas pro vento
6to geng pro specie. vg fera pro Leone.
7mo Consequentia pro Antecedentibg vg fumq pro igne.
nox pro occasu
8vo Antecedentia pro Consequentibg vg Aurora pro die.
vixit pro mortuus est.
et hic ~~Tropus~~ usitatior est Poetis

§ III

De Metonymia
Metonymia Lat: Submutatio est cum res una pro
alia intelligitur fit modis septem.

1mo Cum causa substituitur pro effectu aut inventor pro re inventa usurpatur. v.g. Bachus pro vino.
2do effectus pro causa. v.g. chores pallida.
3tio Continens pro contento v.g. civitas pro civibus.
4to Contentum pro continente. v.g. vinum pro vase.
5to Possessor pro possesso. v.g. Proximus ardet Ucalegon. pro domo Ucalegontis.
6to Dux pro exercitu. et signum pro re signata. v.g. hedera pro vino.
7mo autor pro effectu. v.g. lego Tacitum pro operibus Taciti

§ IV
De Antonomasia.

Antonomasia est cum aliquid pro nomine adducitur. fit 8 modis.
1mo nominis dignitas loco nominis sine nomine v.g. ut Stoicae familiae apertor pro Zenone. cum nomine v.g. Romanae facundiae princeps id est Cicero.
2do definitio pro definito ut facultas bene dicendi pro eloquentia.
3tio Etimologia pro nomine, ut aurei oris Pontifex pro Divo Chrysostomo.
4to Patria ut Arpinas pro Cicerone.
5to descriptio hominis ut Troiani belli scriptor pro Homero.
6to Dictum pro dicente. v.g. ille qui literas, pestem Reipublicae dixerat pro Licinio.
7mo Apellativum pro proprio v.g. urbs pro Roma.
8vo Proprium pro apellativo v.g. Croesus pro divite. et hic tropus est oratoribus usitatissimus

§ V
De Onamatopeia

Onomatopeia Gr. Lat. fictio nominis est cum aliquod nomen effingitur quo ipsam rem significatam.

volumq imitari vg Lupus ululat, et
Et hoc genere loquendi cum iudicio magno utendum est.

§ VI
De Cathachresi

Catachresis Lat. abusio, e, cum verbo simili et propinquo pro certo et proprio abutimur. vg Grandis oratio id est longa.

Differt Catachresis a Metaphora. quia haec accommodat nomina alia reby, etiam propria nomina habentiby. Catachresis autem accomodat nomina alia reby omnino carentiby suo nomine

Catachresis fit modis tribus
1mo Cum adiectiva abusive substantiuis tribuuntur vg minutg animg id est parvus.
2do Cum praedicata contraria adhibentur. vg stulta sapientia
3tio cum durae adhibentur Metaphorae. vg male inhorescat.

§ VII
De Metalepsi

Metalepsis Lat. Transmutatio Cum gradatim itur ad illud qd significatur. vg Post aliquot mea regna videns mirabor aristas. Ubi per aristas messis intelligitur per messem aestas per aestatem annus.
Et hic Tropg maxime servit Poetis et sepius quidem.

§ VIII
De Tropis Orationis et 1mo de Allegoria

Allegoria Lat. Inversio est cum aliud verbis dicitur aliud intelligitur vg Et iam tempus equum spumantia solvere colla.

Allegoria est 3plex pura mixta et Composita
Pura est cum tota oratio seu periodg allegorica.

exponitur nullo verbo et sensu simplici assumpto Vg Tecum habita noris qm sit tibi curta supellex
idest attende tibi.
Mixta est cum aliquid extra allegoriam nominis vel verbi in translati ad translata apponitur, vg Cicero sed quoniam emersisse iam e vadis et scopulos videtur praetervecta oratio mea perfacilis reliquus cursus ostendetur.
Composita cui similitudinis et metaphorae gloria adiungitur et haec videtur esse spectatissima ut Cicero pro Murena vg Quod fretum quem Euripum motus, tantas, tam varias, habere credidit agitationes fluctus, quantas perturbationes et quantos aestus habet ratio comitiorum
Nota Imo. Crebrum usum Allegoriarum fugiet Orator quia obscuratur oratio.
Nota 2do aliquos assignare secundum tropum orationis Ironiam. quae plerumque adnumeratur figuris
Ironia significat irrisionem estque oratio contrarium eius significans qd verbis dicitur. vg homo permodestus Et Habet species sequentes.
Ima est Sarcasmus et est plena odii hostilis irrisio. vg En agros, en quam bello petisti hesperiam metire iacens
Asteismus vel Urbanitas rustica simplicitate carens vg qui Bavium non odit amet tua carmina Maevi
Mycterismus simulata quidem sed non latens derisio quae magis in gestu qm verbis apparet, fitque cum naso suspenso aliquid fastidimus
Diasyrmus vel Elevatio qd o nimirum ludentes ea, quae ab adversario dicuntur deponimus vg Tu caves ne tui consultores ille quo urbes et castra capiantur.
Chaleuntismus fit cum dicta mollibus verbis mitigamus

illudendo v.g. Bona verba quaeso etc.
et hic Tropus est frequentissimus in collocutionibus aulicis

§ IX

De Periphrasi

Periphrasis Lat. Circuitio est cum pluribus verbis id quod uno aut paucioribus dici potest explicatur v.g. Orator: In Tullianis Rostris facundissimus ad auditoris Coronam declamator. in x
In periphrasi iuvenes maxime exerceri deberent ad quam formandam, iuvat locus ab adiunctis seu Circumstantiis

§ X

De Hyperbato

Hyperbaton Lat. transgressio est Tropus qui cum decore et dignitate ordinem transvertit, fitque dupliciter Reversione, cum id quod debuit antecedere ornatus gratia, statim a(b) tertio verbo immediate postponitur v.g. Ego tecum tu mecum certabis Transiectione cum unum ab alio verbum duobus aut pluribus mediantibus separatur: v.g. Rudimi(nibus) in schola iniunctam est studiosis.

§ XI

De Hiperbole

Hiperbole Lat. Superlatio, est quo aliquam rem supra fidem extollimus vel diminuimus v.g. Duo Ha ubdis tam vorans! Haribdim dico quae si fuit fuit animal unum. Oceanus vix videtur tot res tantas absorbere potuisse.

Caput IV

De Figuris Verborum.

Figura verborum ex certis conficiuntur dictionibus quibus sublatis ipsa etiam figura tollitur v.g.

peccatum divina gratia hominem spoliat peccatum animæ lethum infert peccatum coeli portas obserat sunt autem hæ figuræ triplicis generis aliæ quæ fiunt per adiectionem aliæ, per detractionem, aliæ per similitudinem, de quibus suis Paragraphis

§ I

De Figuris verborum per adiectionem.

1ma Anaphora seu Repetitio cum eadem vox initio pluriumque clausularum iteratur ut Cicero pro Cluentio Quid agis Iste acti tu periculum capitis tu iudicium sceleris tu fortunas alterius litteris conscriptas in judicium affers.

Alio modo fit quando eadem dictio initium et finem occupat. Ut utrumque tuam gloriam præsidium terminetam. gladium vagina vacuum in urbe non vidimus.

2da Conversio seu Antistrophe priori contraria quia idem verbum continenter in fine repetitur ut Deus non pro Angelis mortuus est non pro iustis mortuus est pro peccatoribus mortuus est.

3tia Complexio quæ utramque superiorem complectitur ut quis legem tulit? Appius quis sustulit Appius unde ab Appio.

4ta Conduplicatio est cum idem verbum vel immediate vel aliquo verbo aut parentesi intercedente in toto membro vel etiam in gradibus geminatur ut erit erit illud quandoque tempus.

5ta Traductio est cum idem nomen vel verbum sæpius in clausula ponitur mutatis tamen genere casu. vel numero in nomine. In verbo autem modo tempore persona. ut Cic: Semper aliqui aquirendi sunt quos diligamus et a quibus diligamur Charitate enim sublata omnis vitæ sublata est iucunditas.

8tu Incrementum G. Auxesis cum ab infimis ad sum mum gradatim pervenit oratio vg. Nefas intelligit satis viris fortibus dedecere quam se vel illum beneficio gratum famæ gloriosum Tirannum credere, 23

6ta Gradatio Græ Climax cum de verbo in verbum quasi quibusdam gradibus fit ascensus ita ut semper proximum verbum repetatur: vg Cicero Si debuisset dextre, putuisses statim, si non statim, paulo post quidem, si non paulo post, tunc aliquando con

Congregatio Græ Synonimia cum verba idem significantia in unum locum congeruntur: vg Cicero Abiit, evasit, excessit erumpit, vel etiam fit cum sensus iidem ponuntur

Multiplicatio Græ Polisindeton cum conjunctionibus abundat oratio, quod est Poetis usitatissimum. vg Cic quid ergo est quod et Deus vg est cui et pecunia levissima et existimatio sanctissima semper

§ II

De Figuris per Detractionem

1ma Amputatio Lat Privatio in qua subtractum verbum aliquod ex cæteris intelligitur vt Cicero Ego si Tiro ad me, cogito in tusculanum.

2da Asindeton Lat Inconiunctum cum dempto conjunctio nibus plura dicuntur vt Cicero studia adolescentiam alunt, senectutem oblectant, secundas res amant.

3tia Adjunctio cum plures sensus uno verbo copulantur vg si a me Consul designatus defenditur ut eius nulla fraus, nulla avaritia, nulla perfidia nullum crimen proferatur.

4ta Disjunctio cum unum quodque eorum de quibus dicimus claudatur verbo suo, ut ferte citi flammas date tela scandite muros,

5ta Articulus est cum singula verba aut nomina aut

adverba eorum ponuntur vg li Cui repente Cœlum a quam tellem aderneduat.

6ta Membrum est res breviter absoluta sine totius sententiae demonstratione quae denuo alio sensu orationis excipitur hoc modo, et inimico prodeas et amicum non ledebas

§ III

De Figuris per Similitudinem

1ma Annominatio Grae Paronomasia cum paululum immutata verba, adque deflexa in oratione ponuntur fit modis quatuor

1mo Detractione vg Cicero chateleunt de suo modo dicere, qui deterius modo non dicere

2do Adiectione ex Cicero, ut ad audendum proiectus ita ad audiendum paratus

3tio Mutatione unius vel alterius literae Cicero tellet etiam nos ac minus tribus praedis hoc est primis sceleris adnatus

4to Translatione si quidam de effigie superflectum posito
Idem mirare super duro pendere grabato
Hoc colo chadiam nocte dieque toto

2da Similiter Cadens cum similibus syllabis, casus terminantur vg Cicero nihil est profecto quod possit dari bellum gerenti esse fortasse, quod concedi possit roganti

3tia Similiter desinens cum verba parem habent exitum vg majores nostri primum Italiam devicerunt, deinde Carthaginem exciderunt Numantiam everterunt,

4ta Compar quod habet in se membra vel majora orationis, quae fere pari numero syllabarum constant. vg Cicero Recedat a chatina desinat orientalem Brutum decedat, ex Galia

5ta Contrapositum cum contrariis contraria dictiones opponuntur vg Quos dedi putabas, defendi intelligis; quos reddituros sperabas, vides indicare

6ta Commutatio Cum una sententia nascatur ex alia sibi contraria, v.g. Innocens si accusatus sit absolvi potest Nocens nisi accusatus fuerit condemnari non potest.

CAPUT V

De Figuris Sententiarum

Figura sententiarum est quae non in verbis sed in ipsis rebus quandam dignitatem habet et tales exornationes potissimum ad grave genus dicendi adhibentur. Numerantur vero Sententiarum Figurae 60

1ma Abscisio Gra: Aposiopesis est cum dictis quibusdam reliquum quod ceptum est in audientium judicio relinquitur: v.g. Quos ego sed motus praestat componere fluctus.

2da Acclamatio Gra Epiphonema Cum post narratas res, vehementiore affectu, quasi obstupefactus exclamat Orator v.g. Tantae molis erat Romanam condere gentem

3tia Aversio Gra Apostrophe Cum aliquam personam vel rem ad eam conversus Orator, alloquatur omisso quem cepit sermonem v.g. bueri vos albani tumuli atque luci vos inquam imploro atque obtestor

4ta Brevitas Gra Brachylogia Cum res ipsis solum necessariis verbis expeditur, v.g. Mantua me genuit calabri rapuere tenet nunc Partenope

Cecini pascua rura duces.

5ta Communicatio Sive Anacoenosis Cum orator alios consulit, aut cum illis deliberat, ut Cicero ostendi qui de hac conditione diamque, possumus aliquando depositis armis, sine periculo fortunarum nostrarum de re peculiaria disceptare possumus ita rem nostram prosequi;

6ta Commoratio Cum in eodem loco firmissimo quo tota res continetur immoramur diutius et in eundem locum redimus saepius Cicero In minimis rebus qui mandatum neglexerit turpissimo judicio condemnetur est necesse; In re tanta cum is, cui fama mortui fortuna vivi commendata atque concredita ignominia mortuum afficerit is inter honestos homines atque adeo inter vivos numerabitur?

7ma Concessio Cum aliquid licet iniquum videmur causae fiducia pati atque concedere ut Cicero Teneat iam sane meos testes Metellus, cogat alios laudare, sicut in multis conatus modo hoc faciat quae fecit

8va Conformatio Sive Prosopopeia Cum aliqua muta res vel informis ut loquens et habens formam inducitur Cicero Sicilia: si una voce loqueretur hoc diceret quod auri quod argenti, quod in usque re beneficio senatus habuit id tu Cai Verres eripuisti adque abstulisti

9na Congeries est coacervatio dictionum res diversas significantium, Cicero An vos aliam causam

ullam esse putasti, cur in tantis praemiis eloquentiae, tanta voluptate dicendi, tanta laude gloria tanto honore, tam sint pauci semper fuerint qui in hoc labore versentur!

10mo Correctio quae verbum vel sententiam aliquam corrigit aut tollit aliam substituens Cicero sed stuporem hominis vel dicam pecudis attendite

11ma Demonstratio vel Phantasia cum ita res verbis exprimitur, ut geri negotium, et res ante oculos ferri videatur. Cicero Ora vobis ante oculos ponite et maxime Antonium incessum, aspectum, vultum, spiritum, latera tegentes alios, alios praegredientes amicos, qm vini anhelitum, quas contumelias fore censetis.

12mo Deprecatio cum auxilium alicuius imploratur vel animus iratus mulcetur, Cic quamobrem hoc nos primum metu Cai Caesar per fidem et clementiam tuam libera ne residere in te ullam partem iracundiae suspicemur

13mo Descriptio vel Hipotiposis cum aliquid ita aliter effertur, atque si oculis cernatur, Cicero vultus illius erat plenus furoris, oculis sceleris, sermo arrogantia sic, ut etiam exploratus et domi fandotus consulatus videretur

14mo Dialogismus vel Colloquium cum orator secum quasi cum aliquo disceptat per interrogationes et responsiones, ita ut duo loqui videantur Cicero venerat ut opinor hoc res in judicio. certe. quis erat petitor. Faunius quis reus? Flavius. quis iudex? Cluvius

15ma Diminutio cum aliquid ingesse nobis natura fortuna

vel industriae aut iis de quibus dicimus ratione attenuamus, idque modestiae declarandae, aut ostentationis vitandae gratia. Cicero: si quid est in me ingenii judices, quod sentio quam sit exiguum.

16 Disputatio cum orator cum adversario vel alio disputat seu disceptat. Cicero quid ejusmodi est illud: tollitur vestrum judicium, solus totum excipit cum probatur, qd minuit auctionem decem vitalem laudo; quod Regi amico, cavet non reprehendo.

17mus Dissimilium Conflictio cum plura dissimilia inter se decertantia conglobantur: quod non tantum dignitatem sed et amplitudinem orationis auget. Cicero Illa superior oratio fuit necessaria, haec erit voluntaria, illa ad judicem, haec ad Caesarem Dijonem, illa pro reo, haec pro Roscio, illa victoriae haec bonae existimationis causa comparatur.

18vus Distributio Graece Merismos cum aliquid in plures partes distribuitur. Cicero Hoc praecipuum Tubero in fuit quod justo cum imperio ex senatus consulto in Provinciam suam veneerat. Hinc prohibitus non ad Caesarem, ne iratus; non domum, ne iners; non aliquam in Regionem, ne condemnare causam illam qua secutus est, videretur.

19num Dubitatio cum orator ambiguus existens qd potissimum dicturus sit quaerit ex aliquo. Cicero Quid agam judices quod accusationis meae rationem conferam ~~pene ve~~ quo me vertam

20 Enumeratio Cum summatim aliquid colligitur, sive ad amplificandam Orationem sive ad rem augendam, Cicero Te indemnatum videri putas, quem Socii qm veterani, qm liberi populi &c Omni dignatio dignissimum putaverunt,

21. Prosopopoeia seu Imitatio Cum viva persona sive praesens sive absens ita loquens introducitur, ut ipse modus loquendi quo orator utitur exprimatur: quid adhuc Nevius? ridet scilicet nostram amentiam qui in vita sua rationem summi officii desiderans et instituta bonorum virorum requiramus.

22 Exclamatio qua dolor vel indignatio dicentis exprimitur per compellationem hominis loci temporis &c Cicero O rem incredibilem! O cupiditatem inconsideratam! o nuntium volucrem! O hominem fortunatum, qui ejusmodi nuntios sive potius Pegasos habuit

23 Execratio Cum aliquem merito abominans Orator malum ei imprecatur, Cicero O detestabilem hominem, sive quod tyranni sacerdos es sive qd mortui,

24 Frequentatio Cum res in tota causa dispersae in unum locum, quo gravior sit Oratio, dicuntur aliter dicitur Recapitulatio. Cicero quapropter si quid extra judicium est qd homini tribuendum sit habetis hominem singulari pudore virtute cognita et spectata fide amplissimum

25 Increpatio Cum Orator indignitate alicujus rei ab adversario patratae commotus eum

perstringit amo cunfundit Quem Dij te perdant
fugitive ita non modo nequa et impuroy sed
fatuus et amens est

26 Interpretatio. Cum eadem sententia alijs atq;
alijs verbis offertur, sive motus gratia sive am-
plificationis Cicero Pingi hec putatis? quae pa-
tent, quod nota omnibus quod teneatur.

29 Interrogatio quoties non sciscitandi gratia
sed instandi assumitur. Cicero Quem enim pos-
sumus Imperatorem, aliquo in numero puta-
re. cujus in exercitu veneant centuriatq;
atq; venierint. Quid eum hominem magnum
aut amplum de Rep. cogitare

28 Licentia Cum apud eos quos vereri debemus
aliquid audamus proferimus aut favori eorum
aut equitati officii confisi Cicero Mihi ego aliud
alij concedo, metello homini sapienti prae ejus non
possum ignoscere. si quid stulte fecit. Sed
hec securius petitur, ab auditore. Ex his ver
bis Pace vestra. vel bona venia vestra audito
res

29 Objurgatio Increpationi affinis est, qua alicu
ius scelus aut malitiam insectatur orator
et in illud invehitur. Cicero quod est ista tam
impudens tam crudelis, tam immoderata huma
nitas! idcirco in hanc urbem venisti ut cujus
urbe

30 Obsecratio Cum orator aliquid vel suo vel alterius
nomine a quopiam ex audientibus orator extorquet

Cicero vos obsecro judices ut huic optimo viro quo nemo melior unquam fuit, nomen equotis Romani ne eripiatis,

31 Obtestatio Cum alicujus fides consiā religio ad jurattur ab oratore, Ci.

32 Ocupatio Cum id quod obici posset oratori, ipse prius praeocupat et refellit, Cicero Dicat aliquis quid ergo in hoc reflem reprehendis, qui non modo ipse fur non est: sed ne alium quidem passus est; attendite, eam intelligetis hanc pecuniam, quā oiā modo visa est exire abisso eadem semita revertisse

33 Optatio, quae animi desiderantis affectum explicat Cicero Utinam Crei Pompeii cum Caesare societatem nunqm inisses.

34 Percuntatio Cum quispiam ex aliquo orator inquirit, Cicero Hic quaero judices si illud regens ipsa Clodia, quod facere voluisset &;

35 Permissio Cum roborata causa sua orator aliquid auditori permittit et haec convenit cum concessione Cicero sed fruatur sane hoc solatio, atq han insignem ignominiam &c

36 Praetermissio seu praeteritio Cum id quod maxime inculcat orator fingit se nolle dicere Cicero Omitto jurisdictionem cum Cela civitate cedes relinquo, libidines praetereo,

37 Idolepeia seu Inductio ficta personarum cum quispiam mortuus instar vivi loquens inducitur Cicero Author quid tibi cum Celio. Celio quid cum homine adolescen

vult quod cum aliens cum aut tam familiaris huic fuisti ut audeam commodares aut tam inimicam ut venenum timeres

38 Rejectio. Cum aliquid ex oratione tanquam indignum removemus vel tanquam superfluum. Cicero Nolo earum rem commemorando renovare cujus omnino rei memoriam, omnem tolli funditus, ac deleri arbitror oportere.

39 Sententia Gnome. Gnome est brevis exornatio quae aliquid ad humanae vitae utilitatem spectans enunciat, Cicero Populi gratiae est praemiis affi cere bene meritos

40 Subjectio Cum orator interrogans aliquem non expectato responso ipse sibi respondet Cicero apud quem igitur haec dico, nempe apud eum, qui cum hoc sciret, tamen me antequam vidit, Reipublicae reddidit.

41 Sustentatio, Cum diu suspenduntur animi auditorum atque aliquid deinde inexpectatum subjicitur Cicero Amandat hominem quod? Lilybeum fortasse minime, Panormum igitur? at custodiret o portebat ne Panormum quidem quid igitur? quo putatis? ad homines a piratarum metu et suspicione alienissimos

42 Transitio Quando id quod dictum est breviter repetit orator et paucis adhuc dicendum proponit, Cicero Quoniam de genere belli dixi nunc de magnitudine pauca dicam.

Nota Bene. Transitiones etiam dici connexiones

illas, quibus una pars orationis copulatur cum alia, sed hae in pluribus verbis consistunt
Nota 2do tam verborum quam sententiarum figuras, imo etiam Tropos invicem sibi permisceri; atque in una periodo plures inveniri.

CAPUT VI
De Generibus dicendi

Postquam autor de Periodis Tropis et Figuris egerit, recto ordine, de generibus dicendi agendum restat. Siquidem Troporum Figurarum et Periodorum recta ad materiam accomodatio, communiter appellatur genus seu Character dicendi. Itaque quae possunt ad genus dicendi spectare, hi suis pertingemus Paragraphis

§ I

Quot sint et unde profluxerunt genera dicendi
Genus dicendi est apta rebus et Personis orationis forma.
Genus dicendi ab aliis vocatur species, ~~ab~~ ab aliis forma, Character, Idea, et stylus dicendi
Genus dicendi, Aristoteles appellat virtutem orationis Cicero lumen orationis
Genus dicendi Communiter est triplex humile mediocre et sublime
Genera hae dicendi profluxerunt ex duplici fonte.

Fons primus est triplex rerum discrimen; nam aliæ sunt res excellentes et tales constituunt genus dicendi sublime, aliæ sunt res leves, et tales constituunt genus dicendi humile, aliæ demum sunt quæ inter excellentes et leves medium tenent locum, et tales constituunt genus dicendi mediocre

Fons alius est triplex officium oratoris quod est docere movere et delectare.

Movere constituit genus sublime hujus enim est officium motus animorum ciere.

Docere constituit genus humile cujus enim munus est docere seu probare,

Delectare constituit genus mediocre cum sit munus illius tale, hinc

Adverte ista simul tria genera dicendi posse reperiri in una eademque oratione; nam Exordio solvit et accomodatur genus dicendi mediocre, Narrationi humile, Confirmationi et Confutationi sæpe humile, sæpe grave, in Epilogo genus dicendi vehemens seu sublime, ad excitandos graviores in animis auditorum motus

Adverte 2do nisi aliquis excellat in his dicendi generibus non est dicendus eloquens; is enim teste Tullio vere eloquens est, qui humilia subtiliter magna graviter, et mediocria mediocriter potest dicere.

§ II

De Humili genere dicendi

Genus dicendi humile est, quod ad vulgaris sermonis

simplicitatem est demissum. Et hoc vocatur ab aliis Infimum, subtile, Acutum, Gracile, et Attenuatum.
Genus dicendi humile Figuras, et sententiarum ornamenta parcius exhibet et solum hoc genus delectat proprietate verborum, usitatis metaphoris acumine, et lepore. abstinet a coloribus ornatu Amplificatione et numeris insigniribus. Tali genere dicendi usus est Cicero in Epistolis ad familiares, et in aliquot orationibus, ut pro Caecina pro Roscio Comoedo, et Terentio, Virgilius in Eclogis Plautus &
Nota quod genus hoc consistit in brevitate et perspicuitate
Brevitas in genere hoc servabitur quando ea tantum, quae ad rem pertinent, explicantur
Perspicuitas servabitur si unaquaeque res de qua sermo instituitur exprimetur ut facile intelligi possit.
Suas virtutes generis hujus esse, 1ma ut servet usitatam et communem loquendi consuetudinem alias enim transilet in genus dicendi summum vel mediocre
2da ut figuras adhibeat mitiores, ut compositio non habeat minus elaboratam
3tia ut membra orationis sint inter se compacta. nam licet in hoc genere liberi sint omnes numeri et periodi, cavendum ne oratio sit tanquam scopa dissoluta.
Suas e contra vitia hujus generis esse si oratio sit arida et nimis ieiuna quod genus appellant oride ut enim se phtisis in humano corpore ita ariditas seu obscuritas et exsanguis sensus

Vitandy est in Oratione

§ III

De Genere dicendi medio

Genus dicendi Medium seu mediocre seu aequabile, est quod constat humiliori quidem qm sublime non tamen infimia nec pervulgatissima ratione dicendi, tali genere usus est Cicero in oratione pro Lege Manilia et alia,

Genus hoc consistit in quatuor

1mo ut oratio sit in medio, nec ad summum excedens, nec ad infimum, descendens

2do ut contineat varia dicendi argumenta sed non minus grandia. Talia sunt Metaphorae, Exclamationes, interrogationes

3tio ut habeat suaves sententias et locorum communium explicationes

4to ut plus qm alia dicendi genera numeris et compositioni studeat,

Vitia hujus Generis sunt, si sit fluctuans et dissolutum, id est sine nervis et articulis huc et illuc fluctuans

2do si humilem dicendi formam fugiens nimium assurgat aut inflatum, tumidum vitans stylum humi serpat,

Genus hoc servit rebus neque omnino gravibus et excellentibus neque levibus et parvis sed quae medium tenent locum. Cicero in omni genere excellit.

§ IV

De Genere dicendi Sublimi

Genus sublime seu grave est, qd constat verborum gravium et sublimium ampla et ornata constructione ac plenissima compositione Genus sublime ut sit, debet ista habere. Imo verba de quibus mox Paragrapho 5to, 2do sententiam de qua infra, 3tio compositionem periodorum et numerorum, de quibus supra, 4to argumentum infragabile, hoc est efficax ad eliciendum asensu etiam ab invitis 5to debent esse affectus insignes, nam affectus sunt animorum magnes et cetera quaedam, illos pro voto et libitu circumducas.

Affectus autem seu lenes seu graviores et pateri, ab his lachryma ab his calcar in ardua ab: hos mira animorum metamorphosis.

6to sublimiora imo anima generis dicendi sublimiter figurae elatoriae et amplificationes figurae vel maxime duae Prosopopeia et Hypotiposis ceterum et ab his alijs sublimium peti potest. tum quae oblectant, ut a figuris verborum comparata et antitheta nec leves Paronomasiae tum aculeum animi nota infigere et instando ad aliqua perurgere tales sunt ex figuris

sententiarum Exclamationes Ethopoeiae Distributiones Expolitiones descriptiones item metaphorae graviores &c

Imo debet versari circa res excellentes et personas graves majestatis plenas, de rebus enim levibus v.g. ut de Culice ovo graviter dicere tumor est. quod est vitium hujus generis

§ V

De verbis a quibus orator in stylo cavere debet

Titulus hujus paragraphi supponit verba esse duplicia alia a quibus orator cavere debet alia quae ad hibere debeat,

Verba cavenda exprimuntur hoc Disticho

Sordida, prisca nova, antiqua, poetica, dura,
Turpia; Rara nimis, vel peregrina cave,

Sordida dicuntur proprie Imo quae res foedas significant v.g. stercus,

2do quae abjectiora et humiliora sunt, pro personarum aut rerum dignitate v.g. Jovem appellare Regulum, sic Polonice pana wielkiego pańskie

Adverte, dicitur pro personarum aut rerum dignitate, nam v.g. de stercore coram agricolis dicere non est sordidum, aut in materia medicorum, et sic de alijs.

Prisca vocantur quae licet olim apud antiquos scriptores, v.g. Ennium, Lucilium, Andronicum sic in usu fuerunt hodie tamen in dissuetudinem abierunt; v.g. olli pro illi

Nova priscis contraria sunt, quae tamen licita sunt necessitate postulante, sic onomatopeia vertit usurt et excusat,

Antiqua seu obsoleta sunt, Vt floces pro erraifece apluda, pro frumenti fulfure,
Poetica illa sunt, quæ recte in versu sed non in soluta oratione inducuntur qualia sic et plurima epiteta, v.g. Tabificus Fatidicus
Item Sub Poeticis continentur quæ melam fictionem redolent v.g. felicibus virtutum Syderibus Provehi ad æternæ famæ Capitolium, Nam solem vehi equis est verum poeticum comentum.
Quæ tamen si Orator ipsam Poeticam fictionem in suam trahat dicendi Materiam
Dura quæ parum commode translata sunt, et affectata v.g. Cato dicit Rempublicam multe bamelli Scaffeti bat
Turpia sunt quæ et obscena; Rudia sunt, quorum apud probatos authores rarus est usus v.g. Stipra felito aut Supino, Rariore apud bonos Scriptores
Peregrina sunt quæ ex alijs, quam latina lingua sumuntur, Excipe illa quæ iam recte ponuntur, v.g. Gasa; vox persica pro divitijs

§ VI

De Verbis qualia debeat Orator in Stylo adhibere.
Verba adhibenda, exprimuntur hoc distycho,
Splendida, plenaq, cum gravibus resonantibus uncta,
Cognominata, ligata, Soluta, relataq, facta,
Non vulgata, iterata, superlata, alijs, facta
Splendida, seu illustria verba sunt. a quibus non potissimum, decus et lumen accedit Orationi, et talia verba sunt, translata seu metaphorica v.g. flumen ingenij, definitiva seu magis significare faciunt, v.g. effodiuntur opes irritamenta malorum,

Adverte pro verbis definitivis sciendas sunt rerum proprietates, tum, terrarum provinciarum, locorum &c
sic enim pulchre dicitur Regius animus pro magnifico, Danicus pro perfido Cretensis pro mendace &c
Plena verba sunt quibus ad significationem nihil addi potest.
Gravia sunt quae majorem vim significandi habent quam illorum, synonyma, v.g. munificentia gravius est verbum quam liberalitas,
Sonantia quae leniore sono non sine voluptate aures submulcant v.g. ~~summus~~
1mo superlativa pro positivis v.g. summus pro magno
2do pluralis numerus pro singulari; 3tio pro absolutis verbalia; v.g. Dominator pro Domino 4to composita pro simplicibus. 5to plurium syllabarum ut illustris pro clarus. 6to quae syllabas habent longiores et si numero pares v.g. Princeps quam primus magis sonat,
Juncta sunt id est composita majoremque sonum habentia, v.g. contrucidare debellare,
Cognominata sunt quae significationem habent eandem et in oratione accumulantur v.g. Quid me expectas, quid mea promissa repetis, quid me am fidem imploras,
Ligata sunt quae penes se posita geminantur seu quae admittunt figuram conduplicationis
Soluta sunt quae plura sine conjunctione per asyndeton et congeriem ponuntur.
Relata sunt quae respectum habent ad aliud quod fit 4dupliciter 1mo par pari conferendo v.g. Rondoris.

sed facti non instituti sed imbuti sumus. 2do nostra cum subiectis conferendo v.g. non fur sed raptor non sacrilegus sed hostis sacrorum. 3tio Contraria contrariis reponendo v.g. Sed mihi omnis ratio est, cum virtute non cum desidia. 4to per Zeugma, cum se ad unum verbum plura reponuntur membra, Commata hujus v.g. Vicit pudorem libido, timorem audacia rationem amentia.

Ficta cum orator opportune sibi confingit, ut acutius et vehementius dicat,

quæ attolluntur supra communiter loquendi rationem, ne humilis reddatur oratio.

Relata verba sunt quæ sæpius initia membrorum et commatum repetunt, seu quæ admittunt figuram Anaphoram.

Superlata sunt quæ veritatem excedunt et plus dicunt quam re ipsa esse possit, alias per Tropum Hyperbolem augendo vel minuendo fidem v.g. Plura bella gessit quam cæteri legerunt. Sic illud Marti de naso Pauli.

Quam quæ per radios volitant corpuscula solis
Majorem nasum, vix puto Paulus habet.

§ VII

De Sententia in qua consistit genus dicendi.

Sententia communiter definitur quod sit alicujus sapientis effatum, quod exhortationis aut dehortationis gratia breviter explicatur, sed et de tali sententia hic non agimus.

Sententiam hic intelligo, quamlibet cogitationem,

Orationi accomodatam cujus quilibet author ope potest, modo ad vitia deportanda, moresq; homi num ordinet attendatq; quid fiat plerumq; an fieri oper teat,

Sententia Imo est duplex Simplex quæ conti net unicum effatum, indivisum, unicumq; compre hendit, vg Tenacissimi sumus eorumq; laudibus omnis pellicimur,

2da Composita quæ duos aut plura effata simul con tinet, vg Nonsii excubias nec circumstantia tela qm retatur amor

Sententia 2do alteraq; hæc est triplex Ethica di daschalica et Patetica

Sententia Ethica est quæ ad mores hominum spe ctat servatq; conciliandis auditorum animis

Sententia Didaschalica est quæ rem exprimit probatq; et solummodo ad docendum auditorem pertinet

Sententia Patetica est, quæ affectus in auditore excitant et tota admovendum respectus et talium sententiarum fons est ut plurimum res oculis subjecta,

Nota quod si sententiam quamcunq; volueris forma re servandum est. Imo ut sit aliquando juxta communem sensum aliquando supra vulgi sententiam sic illa est ex omnium sensu. Populi nec tam tyranni audiisq; Item; nec plebs sine probis, Item quos mala mens obfirmat, plectas potius quam flectas. Item invictorum schola labori superatus magister,

Præter vulgi sensum et opinionem sape vini

nentium periculorum, remedium sunt ista pericula
Item diadema est coronatorum capitum vertigo
Item Resp: navigium est integrum natat diuiguum
mergitur 2do ut sint breves nam rotunda brevita
te sententia gaudent ut patuit supra, vg quae ve
tussissima habent, nova fuere. Item fortuna claurori
superanda ferendo 3tio sententia sit erudita
lumen enim inde accidit vg Raras sine
Hypolity 4to aliquando sit sententia ex usu et aliis
legibg vg Regi imperante fidibg canenti aliud sceptrum
aliud plectrum 5to aliquando sit ab experientia
vg prima aetas post voluptatis calo alium calo
rem sidit Item animo per libidinem correpto
nihil honesti inest.

§ VIII

De Suavitate aqua non abhorret genq dicendi
Etiam serius nunc ludicra immiscere virtg est tan,
tumq affert ad orationem, quantum sal ad cibarian
vel maxime cum etiam sic delectare sit officium
oratoris, Licet autem natura et ingenium res salis
ferinas aperiunt tamen ab ijsdem etiam ars classes
gerit
Rei Tullius arati genere dicendi alienq quod fontes
illig oratoris indicant Libro 2do de oratore quidam alij
sunt in verbo alij in re ac sententia
In verbo unus fons est Etimologia nominis aut con
iugatos Paronomasia: vg Babussius in Ramiginem sibi
reginam Regiam allegantem. Salve omni Salve

Maecenas atavis edite Regib, ubi leviter immu
tat Horatianum illud edite ~~Regib~~ remigiis ubi leviter im
mutata. Horatianum illud Item Pontanus
Cuncta trahunt ad se magnetes ferrea velun
Ad se magnetes aurea cuncta trahunt
2dus fons Amphibologia quidam sic ille fory
servo desidi inter verbera illud ingeminanti nihil
feci R. Ob id ipsum te verbero, sic non nemo
absentiam. Tyti excusans, dixit eam fregisse
brachium. quo tacite innuebat eum esse fuem
sacrilegum, qui sacra simulacra. nostra confre.
gerit, unde quod de brachio illos dici videbatur
ad confractae argenteae statuae, brachium spectabat
bat sic cuidam in schola se excusanti nihil
habeo responsum habebis plagas.
3tius fons Aequivocatio nominum sic Poeta
de Gallo quopiam ineptius canente
Ad Galli cantum ploraberat Apostolus olim
Dum canit hic Gallus quis faciam idem
4tus fons Adagium sic quidam in comptulum
Ignosco quoties oleo caput ante pungis
Nempe olei vacuum nostis e ante caput
Item alius de quodam Aethiope abluto sacro bapti
smi fonte, nemo eam dixerit flussus. Aethiopem lavas
5tus fons Allegoria sic Obtrectatori ad Lesum
se defendentem dicenti, desine latrare. Lesus re
spondit desinam si tu maledicere desines
6tus fons Conversio versus et verborum cum ad verba
solum attenditur non ad mentem sic dum Petrus

Paulum rogasset an si summo illum conveni
et molestiam id clearet rogante. id Petro
subdidit Paulus igitur te sui desiderabo. Cui Petrus
respondit. Tu vero negaveras molestum fore. Ideo
6mus fons Expositio dicti alicujus festiva
sic cum Vafrius occupasset Tarentum et fa
ctum tandem interrogasset an meminisset sua
opera Tarentum receptum esse, quidni inquit
nunquam ego recepissem, nisi tu amisisses

In Re ad Sententiam.

1mus fons cum ex aliquo dicto consequens
jocus educitur sic inquiendum.

Sic falcem nimis purget plumbo capillum
Non est hic vetus sed dite pistus homo

2dus fons cum ea quae fieri nequeunt ridicule
optantur si laborans diceret. O sic labor esse quies
3tius fons quando apposita conditione impossi
bili jocus aliquis confert, ut ille

Ab doctior et emagis et Phoebo doctior esset
Si fieret ex omni stirpe melius

4tus Cum festive adversario conceditur in quo desper:
tit, sic dum obscura sortis homo cuidam optimati
obiiceret, quod suis se majoribus indignum proba
ret ille opposuit et tu me terule dignus tuis,
5tus fons cum aliquid dicitur ex quo latens
ridiculum elici possit, sic quidam ex arbore
pendulam pessimam uxorem, cujusdam videns
dixit. Ost cum tali fructu, arbor similis

in mes horto esset ubi tante uxori suae laque un vovit.

6tus fons cum responsio taxat importunitatem interrogantis vel arrogantium, sic cum captivum non nemo compelleret quid ploras, respondit mitum si cantem. in his versiculis sic alius in epto, Recto de securitanti an ad misericordiam flexisset iudices sua oratio, sic dum sacerdos catholicus equitans a consule. Rusti Helvetico interrogaretur an Christy asinus sic eques insedisset asino quidam. Christy vecty sed quod nunc asini consulatum obtinent, quis ausit asinis alti.

7mus fons cum eundem sonante vocabulo celum vituperio, sic de quodam inepto Oratore quidam dixit non potuit melius

8vus simile vel comparatio sic volenti quod largius bibendo non madeat temulentus Responsum hoc idem et multi possunt dolia item et spongia.

9nus fons Eruditi idq in dilatationem pali-cerni me infamem Clodiy accusat mechum Catilina Petizum,

10mus fons cum quis suo dicto capitur, sic apud Bichermanum, Pastor bubula amissa solutus ne Dno damnum dependere cogeretur, Maretti dicenti Dno id periisse, nec pastori incuriam imputandam subiunxit Hic ergo Pastor buculam, mox ille alter ergo nunc rem decimam quod alii cuique excidit. Videtur simile habere quidpiam

Bielski Libro 2do Chronicorum fol: 126 Gedeon Epi
scopus Cracoviensis admonebat Mieczislaum
saepius sed non proficiebat. Subinstruxit viduam
quondam, ut apprehenderet duos homines alterum fili
um alterum pastorem, accedens ad Regem quere
retur se; Mity Krolu (bo tak na ten czas mawiano)
w oboyga wdowa. proszę o sprawiedliwość
z tym Pasterzem, miałam stado, ktorem mu od
dała, a on mi owce potłukł, wilki y psy poszczu
wszy odbysta, dla tego do wielkiey nędzy y upadku
odpowiedział Pasterz (iak go nawiedzono) nie.
krzyw u mnie. Mity Krolu twoy syn przyszedł do nas
z wielkością Psow, ktorzy się rzucili na owce.
y nie mogli się im ich odiąć: Syn odpowiedział
Panie nas wilki iam szczwał, a nie owce. bo
chcieli owce potłuc, psi niechcąc wilkow tłuc po
tłukli owce swoie: Mieczislaus interlocutio
cum Senatoribus invenit filium reum quod
cum canibus veniens, tantum fecerit detrimentum
in grege apprehendens, sed condixit. Sprawiedliwy
wyrok Krolu uczynił y sprawiedliwie się sam
osądził, uczyn że tak sprawiedliwość się sam
chwale swoiey ziemi Polskiey. Szkodę z siebie
gdyś rozpuścił takowe psy, to iest sługi dwo
urzędniki swoie co potłupili y poszarpali owce.
to iest ludzie ubogie, a tak wiem a tak łupien
stwa wiecey niedopuszczay, a psy dey powieszać
to iest sługi swe drapieżne co szkodę ludziom

czyni, a temu stadu postuczonemu dopomoz aby się zapomogło, bo gdzie tego nie uczynisz, skazeni koy, iako y twego Brata, starszego, skalał Władisława.

§ IX

De modis Ornandi Elocutionem

Optimus ornanda elocutione ac elutioni modus a sententijs, acuminibus, figuris, tropis et verbis apte et concinne positis, item si fuerit non vulgaris eruditionis aplicatio; per eruditionem autem nihil aliud hic intelligo, nisi Historias tam veteres quam novas, usus, ritus, consuetudines veterum, apologos, fictiones, fabulas Poetarum, simbola, emblemata, Hieroglifica, quorum omnium usus potest esse per sequentes modos

1mo per brevissimam comparationem rei unius cum alia ex historijs petita vel quavis eruditionis genere, circa vulgares particulas ut, sic, quemadmodum, sicut, velut, sic, ita, talis, qualis et similes v.g. Terraces illa alteras Rosticannas alterum dedit ~~ba~~ Thrasimenum vel, habet sua fortitudinis Caesar aemulum, nec prius hostem repellat quam vicerat

2do per prolationem vel postpositionem ut y fortia posteros urgebunt, cum olim Themistoclem miltiadis trophea.

3tio per Etiologiam seu causam vel quasi causam v.g. ultra regni imo et orbis terminos gloriam et trophea tua promoves, nempe sola Macedonia non capit Alexandrum.

4to per Antonomasiam, ponendo nomen proprium pro apellativo

plo Apellatius ut sint mecoenates non deerunt
bacei marones Iason qui Filo non hortamini rej:
dam hanc contemnes Herculis

5to per eruditiones conglobatas quando plu
res eruditiones ad aliquam sententiam applicant
ut laudando aliquem bellatorem dicens te
Gallia Herculem in laris Annibalem ad Alces
Achillem. in Acie Marium in conflictu Rogerum
ubique adorat

6to per eruditiones sententiosas ut saepe auro
onustus macedonis penetrat asellus tu ubi
bellico ariete nihil perfectum.

7mo per eruditam oppositionem ut paucos nostra
aetas vehit curios plures intenuiore fortunaem
bit Croesos vel qui uno haustu imperia regna
bibebat formidat Antonius

8 per eruditam deiectionem ut taceat Roma suos
scevolas fortior militia nostri icty, quod gene
roso ausu sternat hostem nec errori obnoxius.

9no per exempla. sed per Protasin et apodosin
atque breviorem vel longiorem cum annexis causis
seu acuminibus ut Niobe tex materno dolori con
stantia tamen formavit in saxum quod plus qm
fortiter mater de morte filiorum lachrimas te
neas flebili apperata marmor.

~~10mo Dan ante quod fasces~~

10mo per conceptas eruditiones ac exempla
et sententias, tum per verba ex ipsis autho
ribus petita, novis optimisque transitionibus di
stinguendo, exempla poteritis sumere ex mo
nitis politicis Lipsii Hic nihilominus modus
quanto elegantior tanto difficilior et magno
seduloque labore acquiritur qd nimirum a solis
fere eruditis ac multae lectionis viris recentiusque

semper memoria lectorum habeat. Inter ele-
gantiæ fontes placeat etiam non minus servien
tia ad illam præcepta.

§ X

De præceptis quibusdam elegantioris Oratio
nis antequam promittere libet potiorem paragraphum
de Inventione acuminis

Quanquam author de Acumine nihil tradat quo
niam natura magis illud et ingenium quam præ-
cepta perficiunt. Siquidem tamen, ut cum multo
acumine Oratio puerilis et inepta esse videtur
ita sine eo plane insuavis et eruditis auribus
umbrata; ideo in quantum præceptis adjuvari
potest in tantum illud breviter hoc ~~capite aut~~
paragrapho attingemus modos, fontes, illiusque inferius
adferendo

Quid est Acumen

Est prædicati et subjecti cum quadam conveni
entia, pugna; sive est verbis fucans ut ab.
Est discors concordia inter prædicatum et
subjectum, v. g. Emmanuel Thesaurus de Osia
Rege Judæorum, Quivis mi[illegible] non erota
[illegible] sepultus et insepultus solum
quos intra penates lugendo conferuit, divi con
venit vivum cadaver ubi

Nota bene in omni propositione inveniri subje-
ctum et prædicatum

Subjectum dicitur illud quod denominatur ab alio; Præ
dicatum vero est illud, quod aliud denominat
v. g. in allato exemplo. Hæc propositio vivum
cadaver habet subjectum cadaver prædicatum
vivum.

Nota 2do tum temporis esse disconvenientiam convenientem, vel convenientiam disconvenientem, inter Praedicatum et Subiectum, quando stadium aliquod aut repugnans praedicatum apponitur Subiecto v.g. Vivum cadaver. Vel etiam quando praedicatum et Subiectum 2dum aliquot conveniunt, et secundum aliquot disconveniunt

Quotuplex est Acumen.
Duplex, extra naturam, praeter naturam et iuxta naturam

Acumen extra Naram est quando conveniunt inter se duae res dissimiles, repugnantes stadia et quodam modo opposita. Quale est illud Emmanuelis Thesauri de Adamo Rex fuit sine urbibus Dives sine auro vir factus antequam puer esset, omnes perdidit antequam novit et genuit, et cum omnia sciret plus scire cupiens, desipuit

Acumen praeter naturam est quando iungantur ea quae non sunt quidem sibi opposita aut repugnantia sed tamen insolita. quale est illud Thesauri de Osia Rubiginem remedii non indulsit sed neque gladio, utroque modo terram subegit Philistinos Arabes Amonitas tam facile sub iugum misit, quam iuvencos

Acumen iuxta naturam quando cum quodam paradoxo seu inopinato iungantur ea quae ipsa natura iungi postulat. Sic Emmanuel semper coacervatae curae dignitatibus curae. ubi enim curae, nisi in curia solem circumnectens corona nimbos minatur.

Quot sunt modi formandi Acuminis
Licet multi esse possint, non tamen sufficiant

Imus quando surgunt, stalia sive alia quomodo cunq opposita sequunt. Fit tripliciter. Imo appositione Epoteti contradii. Sic dicimus Dives paupertas libertas in vinculis, sicca lachryma, crudele gaudium Pie Emanuel dixit de Davide. Item qualem in purpura felicitatem speres, si Rhincipum felicissimus miserimq fuit, et Lucanus lib. 8 quo Pharsalium Tempore Augusti mansit concordia discors.
Edo adiunctione substantivi contradii tale est illud Ciceronis summum jus summa injuria.
3tio adiectione verbi stalii vel ad nomen ut Barclaius in Euphormione. Gaudet abitu tuo pater, vel ad adverbium ut idem ibidem. flammei illi oculi tui ex occulto dulce te fumi. vel ad aliud verbum ut Prividus Seneca vultq loquitur quodcunq tegit. idem dicit La tere semper patere &c.
Edum mody quando idem in diverso sensu de se ipso affirmat et negat, sic dicimus non moditur qui bene moditur [illegible] et Tragedus in Oepido, multi ad fatum venere suum dum fata timent. Huc pertinet illud honor fugientes sequitur sequentes fugit. Idem fiet ubi eidem stalia tribuentur ut Emmanuel Coronatorum primum, spectabis felicissimum Davidem et miserrimum. Pulcherrimum est quidem de Ossa hoc in tumulo non tumulo iacui et non iacuit vivum Cadaver Regis agricola qui victor victq Deum sprevit dum coluit

et Vulneratum ut convalescere moriendo convaluit

3tius modus est quo Catachresin apponimus subiecto quod fieri potest tripliciter. Imo si Catachresis fuerit in Substantivo ut Emmanuel in Besechia vocat lachrymas tacitas oculorum voces et liquidos vocis oculos

2do si in Nomine Adiectivo vg Emma in Iechonia Incumbit spoliis praedator ignis, qui avarus iuxta ac prodigias

3tio si in Verbo ut idem in Iethonia miserabile agmen claudes o Rex cum omnibus miseris quod illis regnum supervixit tu regno

4tus modus quo aliquod paradoxum aut in opinatum affertur. ut Emml Miram non sit adulari populos Regibus cum Reges populis adulentur.

5tus modus est cum alicui dicto vel Sententiae adiungitur alia praecedentis destructiva tale est illud Felix beatusque vixit Severus et felicior nisi fuisset fortunatus

6tus modus est quo in ambiguo sensu quidpiam alicui tribuimus aut ab eo adimimus. tale est illud de Domitiano Caesare. hostis fuit muscis hostibus musca.

7mus modus est si ex Occasione dicti vel facti alicuius ponatur aliquid sententiosa per modum dictaminis alicuius ex quocunque locorum desumpti tale est illud Cuiusdam,

Fortunam veteres pedibus sensere carentem
Fortuna ad nullos ipsa venire potest

8uus modus est si ponatur aliqua veritatis

ex qua veluti quodam chao plures veritates extrahuntur sic Seneca Epi 44 Hoc habet virtus boni stemma non inspicit. Platonem non accepit nobilem sed fecit vel si ex occasione veritatis alicuius ponantur vel similitudines vel exempla vel Hieroglifica sententiosa ut Seneca Non cognoscitur bonum nisi amissum, vel sol spectatorem nisi cum deficit habet. adeo naturale est magis nova quam magna mirari

Quid sunt fontes acuminum

Sunt loci Dialectici, tum ipsi per se, et simpliciter. tum varie inter se comparati, tum diversis tropis et figuris ornati, tum etiam diverso sensu intellecti.

Quantum ad primum loci Dialectici omnes possunt suppeditare acumina. Nullus enim locus tam infecundus est ex quo non possit aliquod acumen desumi. brevitati tamen temporis consulendo, eos tantum hic attingere placet ex quibus facilius petuntur acumina, quales sunt a notatione Definitione, Partium enumeratione Similitudine &c

Ab Etimologia sumitur acumen quando notatur rei alicuius moraliter explicatur aut in partem sive meliorem sive deteriorem trahitur tale est illud

Omnia dicuntur bene iusta tum a Regendo.
Omnibus in Regnis iussit ubique Deus

Similiter etiam illud de Sancta Barbara.

Barbara sum nota sum, mihi sed nomine vilis.
Sed qui me genuit barbarus ille fuit

Ergo tam mitis! cur dicar Barbara, mitte
Credere, quod non sim barbara, [illegible] docent
Ut Baccho, Baccum, cor luci lumina lucent
Ut bellum est bellum sic ego Barbara ero.
A definitione elicitur acumen si definiens sit
aliquid per contrarium vel repugnans ut si dica
mus amorem dulcem tyrannum, voluptates blan
dos hostes, sirenes crudele gaudium
Conjugata fiunt acuta quando festivum aliquid vel
contrarium vel sententiam aliquam per con
jugata efferimus ut Ovidius
Aurea nunc vere sunt saecula, plurimus auro
Venit honos.
A partium enumeratione acumen edit, si dicamus par
tem toto majorem esse, aut totum in parte contineri
ita quidam de Incarnatione Christi Domini dixit quem cun
ctus ambit circulum, et Cicero dicit una dies erudi
torum longius patet, quam mille anni in doctorum.
Similia acuta sunt Imo si sententiose ponantur
sic Seneca Epist. 62 parvus pumilio licet in
monte constiterit, colossus magnitudinem suam
servabit licet etiam in puteo
2do si protasim et apodosim sine ullo adverbio
aut nota similitudinis expressam habeant sic
Ferdinandus Imperator dixit boni viri, et boni coeli
non est ergo inquirenda.
3tio si simile ponatur per modum redditae apo
doseos tantum sic Plutarchus non satis est arma
possidere nisi fortitudo accesserit. Nam et cervis frustra
sunt ingentia cornua, si desit animus
Acuta contraria sunt Imo quando idem affir
mat et negat salva veritate. dicti diversi

modo intellecti, ido quando contrarium tribuitur
ut dicimus nihil habentes omnia possidentes ut
Ovidius Dives congesto pauper in auro est
Repugnantia accuuntur quando secum iunguntur
ut Deo parere libertas est. Causa acuta fiunt
quando alteram alteri v.g.: materialem formali,
simul consentaneam esse et dissentaneam
ostendimus. quale est illud plerumque Pigmeo
in corpore contingit Gigantem habitare animum
ut Virg: de apibus
Ingentes animos angusto in corpore versant
Idem fiet si finalem efficienti consentaneam
et dissentaneam ostenderimus ut e Martiale lib. 2do
Epigram.
Hostem cum fugeret se Faunius ipse peremit
Hoc (rogo) non furor est ne moriare mori
Effecta serviunt acumini si dissentanea causis
et tamen vera dicantur ut Scytharum legati
apud Curtium lib: 7mo
Persis responderunt fuga nostra victoria est
etiamsi vincamur vincemus
Antecedentia et Consequentia suppeditant acumina
quando inter se ita permutantur ut quod erat prius
ostendamus esse posterius ut Paterculus in Pom:
peium tantum a se discordabit fortuna ut
cui defuerat ad victoriam terra deesset sepulchro
Comparata acuuntur quando ea quae sunt majora

minora ostendimus vel minora aperimus maiora aut paria etiam quo ea quae sunt paria maiora vel minora inter se dicimus ex[illegible]

— — — quamvis summo de culmine lapsus
Nondum vile sui sit pretium sanguinis esse
Sed quae memor fati tanto meretricis haberi
Credit adhuc iugulum quantum pro Caesaris ipse
Avulsa cervice daret.

Quantum ad 2dum Loci Dialectici comparati inter se subministrant acumina dupliciter.

1mo si locos ejusdem generis et ordines inter se comparaverimus Definitiones cum definitione Causam cum causis Sene: comparat acute causam efficientem ejusdem rei cum alia causa efficiens Mutius inquit Scevola Regem quem armata manu non poterat exusta fugat.

2do quando comparantur inter se loci diversi Orationis ut definitio cum adjunctis effectus cum causis.

Quantum ad 3tium Loci Dialectici adornati Tropis et Figuris pulcherrime subministrant acumina. Et quidem diversi tropi diversis figuris v.g. etimologiae seu notationi et Conjugatis maxime servit Antiphrasis Paranomasia Allegoria Hiperbole. etc.

Definitioni servit Metaphora Cathachresis Metonymia. Allegoria Partium enumerationis Synecdoche etc.

Quantum ad 4tum
Loci Dialectici diverso sensu intellecti multifa-
riam possunt suppeditare acumina
1mo si habeant aliquod paradoxum. 2do si
ambiguum sensum faciant. 3tio si modo in
sensu morali modo in sensu alegorico modo
in literali intelligi et explicari possunt. quod quo-
niam ingeniosus quilibet facile observare po-
test ideo de acumine dicta sufficiant.

LIBER

De Partibus Orationis locis omnibus
Argumentatione et Amplificatione.

Explicatis Partibus Rhetoricae restant Oratio-
nis partes recensendae. quibus cum semper
loci Argumentatio et Amplificatio annectunt
ideo etiam de his in hoc Libro nobis agendum
sit suis Capitibus

CAPUT Primum

De Partibus Orationis in Communi

Oratio est rerum quas mente conceperis
clara docta et Artificiosa per externum ser-
monem expositio

Partes Orationis sunt sex
Exordium Narratio Propositio Confirmatio
Confutatio et Epilogus.
Et sunt duplices Essentiales et minus
Essentiales
Essentiales quae nunquam omitti possunt

in Oratione quales sunt Propositio et Confirmatio Essentiales quae se concomitante habent ad istas duas et possunt omitti in Oratione. et tales sunt reliquae quatuor quibus praemissum sit

Cap XVI Exordium.

De Exordio.

Caput hoc quinque complebitur Paragraphis in primo definitio et divisio Exordii in 2do Fontes in 3tio fines in 4to Partes in 5to Virtutes et vitia Exordiorum recensebuntur unde sit

§ I

De definitione et divisione Exordiorum

Exordium est prima pars Orationis seu accessus ad Orationem quo animus audientis preparatur ad audiendum.

Exordium est duplex Rectum seu Proemium et Obliquum seu Insinuatio.

Rectum est in quo statim recta et aperta attentio et docilitas paratur

Obliquum quo occulte et per dissimulationem animum auditoris submittant

Nota genera exordiorum esse quinque Honestum, turpe, humile, Dubium, et obscurum,

Honestum est cum id laudamus suademus defendimus quod ab omnibus etiam faciendum esse credat

Turpe cum aut turpis res laudatur aut honesta oppugnatur.

Humile cum res vilis laudatur

Dubium cum res tam honestatis quam turpitudinis

particeps est Vg dicere deРесте qui matrem occidit
Objectum aliàs paradoxum in quo obversa diffi
cultatibg plenam et novitatibg serio impetitur
animg auditoris ad audiendum.

§ II
De fontibus Exordiorum

Fontes exordiorum st quatuor ab Opinionibg Divisione Superabundanti et Circumstancijs
Ab opinionibg fons e, dum Orator ab iis rebg de quibg auditorem cogitare posse suspicatur suam exordiri orationem quale exordium e apud Cicer: pro Sexto Roscio et Catilinaria 4ta.
A divisione Cum dividuntur facta persona loci et tale exordium est pro Cluentio Avito. &c
A superabundanti: Cum Orator profitetur ita se copiosam dicendi materiam habere ut debe at multa praetermittere et unam assumere. tale est in Cice: apud Ver.
A Circumstantijs Cum Orator incipit exordium aut a persona sua aut adversariorum. &c
Nota Exordiendi rationem adeo liberam esse Oratoribg ut vel ex uno fonte vel ex omnibg aliquando ab aliqua historicâ, fabula exor. diri liceat.
Exempla horum omnium passim in Authoribg repe rias.

§ III
De Finibus Exordiorum

Tres st fines exordiorum Attentio Benevolentia et Docilitas

Attentio est intentio animi ad audiendum ita ut auditor nihil cogitet nisi ea de quibus sermo ab oratore est institutus

Benevolentia est id quod efficit Oratori ut bono animo ejus oratio audiatur

Docilitas est summa rerum de qua dicturus est orator dilucide disposita.

Attentio paratur hoc modo si demonstrabit eam rem de qua sermo instituitur, aut magnam aut novam esse si dicetur ad religionem rempublicam eos ipsos, qui audiunt aut ad illos, quos caros habemus, aut ad Illustres viros spectare. si illius utilitas et judicatio aperietur

Benevolentia paratur tum a persona auditorum oratoris, aut alterius cujuspiam de quo sermo est. tum ab ipsa causa seu quaestione, quae tractatur conciliari solet. Sed hanc utramque maior autoritas dicentis eruditio fama probitas et eloquentia compararet.

Docilitas fit expositione materiae de qua est dicturus orator. Brevitas dilucida apparere debet in exordio ne tedium pareat longitudine.

§ IV

De Partibus Exordiorum

Partes exordii potissimum sunt quatuor

Propositio Cathasckeve seu Ratio, cum Rationis Ratione, Apodosis seu Reflexio et Basis seu Fundamentum seu exordii Conclusio

Prothasis quae nam parat futurae Orationis, sive a circumstantiis, sive ab opinionibus,

Cathasckeve in qua una vel plures causae afferuntur

illius rei quæ posita est in Prothasi

Rationis Ratio quæ amplificandæ rei gratia adhibetur.

Apodosis in qua oratium aliquid superiori propositioni assumitur; et res ipsa de qua fit sermo tangitur

Basis in qua continet superiorum exitus quidam ad sequentiam ne quasi ex abrupto ad sequentis orationis partes illuere videamur.

Nota 1mo has partes exordii optime confici per duo Enthymemata, ita et pro protasi et Catasceve sit unum pro Apodosi et Basi alterum superiori aliquomodo consentaneum

Nota 2do exordia etiam posse confici per Syllogismos Enthymema vel alium quemcunque argumentationis formam

Adhibetur [illegible] exordiendi modus a quæstione aliqua sibimet obiecta et per solutiones ad propositionem descendere.

Bene item exordia instituunt a laude audientium a sententia simili, persona oratoris loci temporis et aliarum circumstantiarum.

Nota 3tio pulcherrimum esse exordiorum modum ex abrupto ubi est vel summus dolor, vel summa lætitia, vel summus timor vel alius vehementior affectus est adhibendus

§ V

De Virtutibus et Vitiis Exordiorum

Sex 1a virtutes exordiorum prima ut sit exordium accuratum instructum sententiis verbis idoneis illustratum.

2do ut sit ex visceribus causae seu rei de qua dicturi sumus depromptu unde ibidem docet quatenus consideratis omnibus rebus, quae vel ad narrationem vel ad confirmationem pertinent ultimo de exordio cogitemus

3tio ut habeat connexionem cum sequentibus et semina argumentorum contineat; quae ex confirmatione sumus allaturi

4to ut sit mediocre et pro natura causae formatum orationisque proportionatum

5to ut sit clarum et apertum

6to ut in eo seligatur stylus placidus sine vehementia affectu vel furore.

Vitia possunt numerari octo,

1mo si exordium sit vulgare, quod omnibus causis possit accommodari 2do si sit commune, quod etiam adversariis accommodari possit 3tio si sit commutabile quod paucis commutatis ab illo possit usurpari 4to si sit nimis elaboratum et magnificum 5to si sit nimis longum 6to si non sit ex visceribus causae 7mo si sit translatum, quod aliud conficit quam genus causae postulat 8vo quod si fuerit contra praecepta Rhetoricae institutum quale est illud in quo neque benevolentiae captatio, neque attentio neque docilitas reperitur

Caput 3

De Narratione et Propositione

Cum in pluribus dicendi materiis narratio quandoque obeat vicem propositionis ideo non in consequentia de utraque agendum duxi capite uno per suos paragraphos

§ I

De definitione et divisione Narrationis

Narratio definitur sic, est pars orationis in qua res gestæ vel quasi gestæ utiliter ad persuadendum exponuntur, hinc

Nota quod quotiescunq in aliqua oratione narratio adhibetur hunc ita adhiberi debet ut sit sedes et fundamentum fidei atq seminarium argumentorum.

Nota 2do equidem in libera oratoris voluntate est locum in oratione assignare narrationi, nam quandoq et ante epilogum ponitur post confirmationem vel confutationem nihilominus firmius est si post exordium ante vel post propositionem ponatur, nihilominus quandoq narratio, etiam subit vices exordii

Narratio dividitur 1mo in veram et veri similem

Narratio vera est quæ res vere gestas exponit, quales sunt omnes historiæ

Narratio veri similis est quæ res non quidem gestas sed quæ geri poterant exponit quales sunt narrationes Poetarum in Tragœdijs et Comœdijs

Narratio dividitur 2do in simplicem et apparatam

Narratio simplex est, quæ exponit nude res gestas

Narratio apparata est, quæ plena est inter narrandum probationibus

§ II

De Generibus Narrationum

Genus Narrationum est triplex civile, digressivum, et remotum,

Genus narrationis civile seu oratorium est, in quo rem gestam, utiliter ad persuadendum eo usq exponimus donec controversia in exordii tractata elucescat.

Nota quod talis narratio debet observare morem a principio usque ad finem ordinem cum suis circumstantijs fidelissime. Et insuper debet habere seminaria futurae confirmationis, cum talis narratio trahet ad utilitatem nostram vincendi aut persuadendi gratia
Genus narrationis Digressorium est quaedam excursio favorabilis in loco plausibili paululum commorans gratia exornationis similitudinis laudationis criminationis, transitionis, &c.
Nota quod hoc genus Digressorium narrationis in omni genere dicendi ab oratoribus soleat usurpari, nam communiter oratores ad ostendendum unum aliquid digrediuntur et divagantur per varia exempla similia suae materiae hinc tale genus narrationis aliter potest appellari imo et appellatur expolitio ab exemplis.
Advertere quod congeries exemplorum seu genus Digressorium ita tractari debet, ut via pateat plana redeundi ad nostram rem. et ita digredi debemus ut adempta digressione, seu congerie exemplorum nostra res integra maneat.
Genus narrationis remotum est quod extra causam omnem est, expedit tamen illud exercere quo commodius alias narrationes in causis exercere valeamus
Tale genus narrationis est duplex aliud in personis est positum aliud in negotijs
Genus narrationis remotum positum in personis est cum personae describuntur, cum suis moribus attributis factis dictis. laudem vel vituperationem promerentibus
Genus narrationis remotum positum in negotijs

seu rebus e quo rerum locorum temporum descriptiones afferuntur, et habet sub se species tres fabulam Historiam et Argumentum.
Fabula est narratio, quæ res nec veras nec verisimiles continet, sub fabuloso tamen verborum cortice veritatem latentem involvit. Sunt fabulæ Æsopi Ovidii &
Historia est narratio rei gestæ ab ætatis nostræ memoria remotæ. v.g. Historia Curtii Livii Flori Cornelii Barcii Cohorscii.
Argumentum est narratio quæ res exponit fictas quidem, et nunquam factas sed quæ tamen fieri potuerant, talia sunt argumenta Comœdiarum. Suntque triplicia Primum vocatur activum, in quo res ficta non solum verbis enarratur sed quasi geretur verbis et actionibus exprimitur Græce vocatur Drammaticum.
Alterum enunciativum in quo verbis duntaxat res ficta referuntur Græce vocatur appologeticon.
Tertium vocatur mixtum seu commune, in quo partim sermone partim actione narratio rei expeditur.

§ III

De Partibus Narrationis.

Partes Narrationis sunt tres.
Prænarratio Narratio et Postnarratio
Prænarratio est aucupium ad narrationem seu expositionem rei
Narratio est ipsa expositio rei.
Postnarratio est exitus narrationis et brevis eorum quæ gesta sunt summa.

§ IV

De Virtutibus et Vitijs Narrationis.

Virtutes cujuscunque Narrationis sunt 4or Brevitas, Perspicuitas, Probabilitas, et suavitas.

Brevitas erit Orationis, si nihil afferatur, quod sit superfluum v. g. Cum enim quem adolescens ille suspenderat, in quadam domus suo angulo arripuisset, illum strinxit et inimicum insecutus est tandemque comprehensum percussit atque interfecit. Haec narratio nugatoria est et inepte longior. Brevis esset ac melior, si ita diceres, arrepto gladio fugientem assecutus inimicum interemit.

Perspicua narratio erit seu clara, ex[ist]et si verbis usitatis proprijs constet, si vitetur rerum et personarum nimia multitudo, si longiores omittantur verborum ac sententiam circuitus, si denique tollatur omnis ambiguitas.

Probabilis narratio erit, seu credibilis ac verisimilis 1mo si nihil contra decorum peccabitur, hoc est si nihil dicetur quod non conveniat personis ac rebus 2do si nihil dicetur quod loco et tempori non congruat

Suavis erit narratio 1mo si verbis utatur elegantibus nitidis lectis et sonantibus ipsique rei quae narratur maxime congruis 2do si in ipso narrationis decursu expectationes concitabuntur, si motus animi interponentur, ut laetitiae, metus iracundiae, 3tio si colloquentes personas induxeris, 4to si exitus occurrerent inopinati

ac felices, quo vel audienti & legenti jucundiq accide re potest.
Vitia narrationis per oppositum ad virtutes sunt quor.

§ V

De Ornamentis Narrationis

Ornamentum narrationis dicitur, illud sine quo nuda simplex incompta, et injucunda narratio est.

Ornamenta talia sunt Explicia:

Alia sunt in verbis posita alia in sententijs

Ornamenta in verbis posita sunt hæc Imo si ipsa verba inquit ait et alia similia quæ apte reliquæ dictioni alligantur quod fit cum nec initio nec in fine sententiæ ponuntur sed post unum alterumve verbum vg

Cui ejus mater, non sum inquit nescia unde venias, id de odore satis intelligo. Cum ille e campana se veni re jussus esset, Censes inquit tantum dedecus me laturum dixit ij Quid enim comisi mali reponit ille, at mater o impudentem inquit, etiam quærit quid mali comise rit fulcifer.

2do Si præsens tempus præterito usurpet, nam hoc elegantissimum est in narrationibus et ita referant, tanquam fiant de præsenti

3tio si plures infinitivi constant supplesso verbo unde regi possunt, supplessi etiam alijs quibusdam vocibus ac particulis ut videre est in exemplo apud Tullium altero in Verrem Nro 65 ubi exponit quo pacto verres candelabrum gemmeum per fraudem eripuerit Regi Antiocho cum illud rogasset afferri domum suam perspiciendi causa:

4to si participia et verba eiusdem temporis aliqua conglobentur vg quid memorem illo bello evelsas

aedes direptum, eradium expilata templa, exinanitas urbes, exhaustam Provinciam, villas incensas, abacta pecora &

Velleteium. is quid non agebat, quid non moliebat, ut id honoris consequeretur, ibat redibat, circuibat conculcabat prensabat blande obvios, hos salutationibus, illos amplexibus, illos fatigabat oculos obluebat poculis, opugnabat donis, nunquam cessabat, nunquam quiescebat &

Ornamenta in sententiis posita sunt Figurae quaedam nobiliores, quae si suo loco ponantur narrationem mirum quantum illustrem reddent. Figurae vero sunt hae potissimae. hypotyposis Dubitatio Sustentatio Communicatio Exclamatio sit exemplum Hypotyposeos

Inflammatus ira egreditur domo ardebant oculi emicabat ab ore furor, horrebant capilli Hinc

Collige quod inter narrationem taliter ornamentis splendidam, et eam quae nullum sequitur orationis florem tantum interest quantum inter virum nobilem et elegantissimum pretiosa fulgentem veste, et deformem rusticum vili ac plebeo indutum habitu. sit haec sufficiant dicta de narratione

§ VI

De 3.tia Parte Orationis scilicet Propositione.

Propositio est pars orationis quae breviter ac clare summam dicendorum proponit. hinc

Collige quod ut sit bona Propositio debet esse brevis clara.

Brevis erit si solummodo verba necessaria ad exprimendum ponentur, Clara erit si ita ponentur ut intelligat auditor de quo orator sit dicturus

Propositio est duplex.
Simplex et Conjuncta.

Simplex Pro^o e^t quæ vnā tantum proponit rem dicendā confirmandamq^e

Coniuncta Pro^o e^t quæ duas vel plures proponit res dicendas confirmandasq^e

Propositio Coniuncta habet duos modos quibus fit nempe

Seiunctionem et Distributionem.

Pro^o coniuncta fit, per seiunctionem tunc q^do assumunt plures, et tandem separant cætera, solumq^e relinquunt ea quæ habent controversiam.

Pro^o Conjuncta fit per Distributionem tunc quando assumunt plura ad dicendum et exponunt in dicendo

Et talis pro^o communiter fit ^ptr

Vel per Enumerationem vel per expositionem.

Enumeratio in Pro^one coniuncta ostendit n^rum quo de rebus dicturi sumus. v.g. hic pluresque enarrabo ubi primum mihi videor de genere belli, deinde de magnitudine

Expositio in Pro^one Conjuncta est cum res de quibus dicturi sumus absolute, nullo indicato numero explicamus

Adverte q^d in Pro^one Conjuncta vitanda est omnis multitudo quæ memoriam impediat

Adverte 2do q^d puncta Pro^onis Conjunctæ eo ordine sunt ponenda; quo futura sint confirmanda.

Adverte 3^tio q^d solummodo ea debent poni quæ ad nostram spectant causam q^d alter vocat absolutio pro^onis

Nota q^d pro^o nunq^m potest omitti; nihilominus tamen aliquando potest confundi simul ~~ad~~ ^cum confirmatione. q^d et plurimum fit in orationibus perfectis.

Deberet hic quidem institui paragraphus de modis formandæ propositionis sed ne repetam cramben (bis^nam) (sicut nuper a rhetoricæ repetita magistris) ideo remitto vos ad libros

paragraphum 2dum ubi a tali modo inveniendi mate
riam aptam ad dicendum, nam materia apta ad dicendum
est idem qd et propositio ad dicendum ut ibidem dictum.
vide ergo ibi S. Libri 2mi § 2dum

CAPUT IV
De Confirmatione Confutatione et Epilogo

Postquam egimus de primis Orationis partibus quæ nobis
vel aditum faciunt ad dicendum, vel proponunt dicenda.
sequitur ut dicamus de his partibus quæ vel confirmant
vel refutant proposita ad dicendum faciuntque omnium
ad specialem exitum

§ I
De Confirmatione 3tia Parte Orationis

Confirmatio est rei in propone expressæ argumentis seu
rationibus corroboratio.
Seu Confirmatio est per quam argumentando nostræ
propositioni fidem et authoritatem, et firmamentum
adjungimus
Confirmatio secundum divisionem propositionis dividitur hoc
est duplex e: Simplex et Conjuncta.
Confirmatio Simplex est in qua una tantum res
proposita in propone, rationibus et argumentis com
probata.
Confirmatio conjuncta seu composita e quæ
secundum duas vel plures propositionis partes, in duas
vel plures etiam partes dtur per rationes et argu
menta corroborantia dividitur
Nota qd in Confirmatione sunt 3tia duo spectan
da Argumentum et Argumentatio
Argumentum est probabile inventum ad facien
dam fidem
Argumentatio est in aliqua debita forma argumenti
explicatio

Argumenta sumuntur ex locis Communibus et propriis trium generum Causarum

Loci sedes ac domicilium argumentorum.

Locus ut memini est duplex Communis et proprius

Loci proprii sunt 3plices alii qui serviunt generi demonstrativo alii Deliberativo alii Judiciali. de his agemus suis locis

Loci Communes sunt 2plices alii intrinseci alii extrinseci de his agemus sequenti Capite

§ II
De Confutatione 5ta Parte Orationis

Confutatio a Cicerone libro 1mo de Inventione Rhet. vocatur reprehensio. definitur sic Est argumentorum in contrariam partem allatorum dissolutio

Confutatio partes habet 4or Prothesin Hypophoram Antiprothesin et Antiphoram seu lysin

Prothesis est accessus ad refellendam adversarii obiectionem

Hypophora est ipsa obiectionis adversarii expositio

Antiprothesis est aditus ad solutionem obiectionis

Antiphora seu lysis est ipsa obiectionis allatae solutio

Scias prothesin et Antiprothesin posse omitti. sed Hypophoram et Antiphoram nunquam ideoque hae dicuntur partes essentiales confutationis illae non essentiales

Nihilominus Hypophora et antiphora possunt seu confundi hoc est potest simul et obiici et ~~expandi~~ solvi vel maxime si per Prolepsim expediatur Confutatio vel per subiectionem

§ III
De Locis Confutationis

Loci Confutationis communiter numerantur sex a Repugnantibus adiunctis Consequentibus, negatione Contempta et Loco communi

Locus repugnantium est cum ostendimus reum non esse his moribus, nec ea vita, nec illis animi motibus, ut ad hoc vel illud facinus impelli debeat. Sic Cicero N: 39 absolvit Roscium Crimine patris occisi quod semper fuerit innocens utilitates suas moderans et in agro vivens Item pro Celio falsitatem obiecti criminis depellit demonstrans mores Celii adolescentis semper alienos fuisse ab huiusmodi facinoribus qualia ibi obiciebantur

Locus ab adjunctis est Cum circumstantiae personae, rei, temporis, loci, modi examinantur et ex iis fictum crimen demonstratur prout Cicero fecit in Nostra Oratione pro Deiotaro Num 20 ibi Obiecta crimina caput tempore illius temporis memorari

Locus a Consequentibus est cum ex iis quae consequuntur crimen confictum esse ostendimus sic etiam Cicero fecit in Nostra Oratione N: 16 ibi ostendendo quod vir magnae prudentiae Deiotarus noluerit occidere Caesarem quia sibi futurum malum sua prudentia praevidebat ibi Cuius consideratio illo quis rectior quis prudentior

Locus a Negatione est cum crimen penitus negamus quae enim ab accusatore gratis obiiciuntur gratis etiam negantur Ita fecit pro Quinctio N: 36

E 5

Locus a Contemptu est, Cum ea quæ ab adversario obiciuntur aut contemnimus aut facetiis et locis eleganter in adversarium deriamus et retorquemus Ita Cicero pro Felice irridet Crimen obiectum ab accusatore ibi neque illud neque movebit &

Locus Communis est in Confutando Cum Orator pla[u]dens infirmitatem Causæ in aliquem locum communem in quo conqueratur de miseria temporum conditione, deploret innocentem vitam, atque commune bonorum omnium periculum Ita Cicero pro Cornelio Balbo refutatis antagonistis digreditur in locum Communem et conqueritur de Conditione omnium temporum quorum virtuti invidebat

Nota quod præter hos locos dantur alii tres scilicet ab instantia Distinctione et Perinversione

Locus ab instantia est Cum id quod universaliter ab adversario obiectum est particulari refutamus exemplo Sic Cicero in Oratione pro Milone negat adversarii nefas esse eum posse intueri diem qui occisum a se hominem fateretur et adfert exemplum de Horatio, qui cum sororem a se occisam fateretur, ab omni supplicio, et sententia totius populi fuit liberatus, Seu Locus ab Instantia est idem quod locus a Dissimili

Locus a Distinctione est Cum id quod ab adversario confuse, et ambigue obicitur distinguimus ut major [illegible] Confutationis nostræ appareat Sic Cic: pro Lege Manilia Nº 63 Cum obiceret Catullus, nihil novi contra consuetudinem majorum in Republica esse faciendum Cice solvit

distinguendo tempus dicens quod tempore pacis parendum sit consuetudini tempore autem belli utilitati serviendum

Locus per Inversionem est cum dictum adversarii in ipsum retorquemus v.g. obicit adversarius occidisti hominem, quia aufugisti intelligo ipso repellit defensor non occidi, quia si occidissem protinus fuga saluti meæ consuluissem.

Nota 2do adhuc alios sex modos refutandi deinceps quæ adversus argumenta insolubilia ideo, quia negari non possunt. Leo quod oculte vera vel aperte falsa.

Locus talis primus est ab excusatione, quo scilicet crimen obiectum in ætatem aut imprudentiam vel in aliam causam reicimus ut facile veniant, reus consequatur v.g. fugisti ex prælio, fugi: sed extrema coactus necessitate. Quidni molatus es domi molatus sum sed ob insolentiam ap Parentum et majorum iussu

2dus locus per Compensationem cum non valentes negare obiecta crimina opponimus adversario virtutes rei v.g. si dicat aliquis senes non utiles bello: quia non possunt se induere loricas vibrare hasta tueri muros. Opponet Orator: sed sunt praeludentes consilio sano iudicio quod in bello plus valet quam ferrum aut vires

3tius locus per Dissimulationem cum crimen obiectum dissimulamus et illud alia computatione obruimus v.g. adversarii dicebant Milonem damnandum esse quod in via Appia Clodium occiderit. opposuit Cicero, gravius Clodii factum qui occidere

M. Sarpilium equitem Romanum virum longe nobi
lissimum in eadem Asia vexi.
2tius locus per oppositionem quo ab adversario alla
tae obiectioni pariter opponimus rationem firmam
ad obiiciendum. Ita Cicero fecit in nostra Oratione:
N. 22 Cum obiectum esset ab adversariis quod
Deiotarus collegisset exercitum adversus Caesarem
respondet Cicero id non fecisse contra Caesarem
sed tantum ut fines suos ab incursionibus hosti-
um tueretur.
3tius Locus per Concessionem quo concedimus factum
crimen sed precibus ac intercessione amicorum
aliorumve donandum postulamus. Orat. C. pro Ligario
Concedit Ligarium peccasse sed petit ei
ignosci recordationis quae fuit quam olim con
tulerat ad Caesaris dignitatem.
4tus locus per Considerationem quo aliis nobis
contrariis deducimus auditores ad aliarum rerum
considerationem ita Cicero in Oratione pro Deiotaro
refutat obiectum crimen per inclinationem Caesaris
ad alterius rei Considerationem, tum inclinando tum
perterrendo N. 29 ibi: At quam festive crimen contexitur.
Et haec sufficiant de Confutatione.

§ IV
De Epilogo ultima Parte Orationis
Epilogus sive Conclusio est artificiosus terminus
seu exitus Orationis. Quintilianus vocat Epilogum
perorationem.
Epilogus habet partes tres Anacephalesim, Ampli
ficationem et Affectum.
Anacephaleosis seu Recapitulatio est enumera-

tri potissimodum Argumentorum Confirmationis et Confutationis,
Amplificatio est inculcatio rei ad concitandos affectus. seu ut communiter definit. Amplificatio est gravior affirmatio quaedam, quae motu animorum Oratori conciliat indicendo fidem. Cum scilicet rei magnitudinem, aut authoritatem demonstrat p[er] affectus
Affectus est quidam animi calor et impetus, quo ad appetendum aversandumq. aliquid vehementius, quam pro quieto mentis statu, impellimur.

§ V
De Modis Anacephaleoseos

Anacephaleoseos modi sunt 6 quibus potest institui
1mo cum adversariorum contentione cum argumentis e regione collata, exponuntur, quae sunt ab utrisq. ad eandem rem pronunciata. sic Cicer. Oratione pro lege Agraria. Nu. 15to facit. cum rationes suas, cum rationibus adversarii contulit. ibi et quoniam qua de causa et quorum illa causa hoc promulgavit
2do cum Orator confert argumenta sua cum adversario, sed ea tantum, quae vel a se, vel ab adversario dicta sunt. ita Cicero pro Roscio Amerino Nu. 15to Adversariorum scelera facti, repetit ibi Medio meo praesides ego aliena misericordia ....
3tio per Elothesim seu Interrogationem, ut quid est quod a me non demonstratum sit. cum ipsud plane fecerim quod et ipse confirmavit cum ego haec et illa falsa. esse docuerim. Talis est pro Roscio Amerino N. Arido ibi etiam vero iudices ....
4to cum simpliciter naturali quadam ordine servato ea repetuntur, quae sparsim dicta sunt. talis est pro Lege Manilia N. 49. ibi Quare cum et bellum ita necessarium sit ut negligi non posset

Sic per Ironiam quæ futura gratia et venustatis facili judicium excitat animos Odis e. gr. Quæ Phil. Anni N. 44 ibi Hoc mecum atq hac perturbatione animorum atq rerum &c.

Nota enumerationem debere in se dico continere.

Imo brevitatem ut s: ea tantum repetantur in quibus maxime causa consistit, ne nova consurgat Oratio.

2do Ordinem ut eo ordine argumenta recenseantur, quo dicta sit.

Advertæ. Epilogo illud proprie convenire genus inquo nullæ conjunctiones inter se connectuntur, sed vel membratim vel Cæsim Orator loquitur ut Auditores intelligant eum iam ad finem pervenisse. exempla apud Ciceronem.

§ VI

De Amplificatione in Epilogo ponenda

Amplificatio talis sicut et alia de qua alterius hujus libri agens e duplex Verborum et Rerum

Amplificatio Verborum e cum verbis illustribus translatis superlatis, rem aut Orationem augentibus a verbis derivatis plus energiæ habentibus non vulgaribus sed metaphoricis distinguitur et illuminatur Oratio, talium verborum copiam lectio auctorum suppeditat.

Amplificatio rerum est cum res ipsæ graviores augentur et exagerantur quod fit apliter juxta Quintilianum Lib. 8 Cap 4to. Nimirum per Incrementum per Comparationem per Ratiocinationem et per Congeriem.

Per Incrementum res amplificantur cum per gradus crescit Oratio et ad summam pervenit ut Cic. Philippica 2da N. 63 ibi Istis faucibus istis lateribus ista gradiatoria totius corporis firmitate tantum

vini: en Hippiam nuptiis intrausetas &c
Per Comparationem res amplificatur cum di
versa inter se vel majora cum minoribus vel
minora cum majoribus vel paria comparantur ut ma
ior rei vis declaretur ab oratore. ita Cicer. fecit pro
domo sua, N. Atre ib. Cassium censorem, cum Clo
dii comparat ibi. Succeso Pontifices et hunc cum
hne &
Per Ratiocinationem res amplificatur cum ut ali
ud crescat, aliud augetur ita virg. Turnum vetum
magnopere laudat ut major
Aenea protolis virtus appareat
Per Congeriem, res amplificatur sentent indies
1mo per Definitionem, cum res aliqua v. per partes
vel per causas v. per affectum v. per officia, et ad-
iuncta quae continet circumscribitur. ut C. in di-
sonem fuse docet, quid sit esse consulem, ut inde
colligat, Pisonem hoc nomine indignum esse
2do Cum partes, pro toto aut species pro genere
usurpantur ut Cic pro Lege manilia, ut ostenderet
Pompeium habere omnes virtutes praecipuas
solum enumeravit.
3tio Cum plures causae in unum condensatae con
globantur prout Cicer fecit pro milone, ut proba
ret Clodium jure caesum esse. multas eius rei
causas affert qd. S. Religionis violator fuit qd
Reip: conservatorem expulerit, qd plures caedes infido
fecerit.
4to Cum effecta alicujus rei congeruntur quorum
multitudo, in laude parit admirationem et in
vituperio ita C. pro Lege. Mani n 6. ab effectis
laudat adolescentem Pompeium ibi. Quid tam
novum &c

5to Cum consequentia rerum recensentur ut Ci-
pro Muraen. n. quo describit consequentia belli: ibi
Illa vestis &c

6to Cum contraria in unam classem coacervantur
ut Ci. Catili. Ora. n. 25 ibi Ex hac enim parte pu-
dor, pugna illinc petulantia.

Cimo cum ab omnibus sive rerum sive personarum
adiunctis ducitur amplificatio ut Ci. Amplifi-
cat scelus a circumstantiis ..
ibi Quaeso nunc quis.

§ VII

De Affectibus

Affectus est quidam animi impetus cum calore ut dictum
supra, maxime advertendum est qui nam sint apud
quem auditorem excitandi, quod facile intelligetis si prius
numerum et speciem affectuum sciveritis.

Affectus est duplex alii diuturniores alii breviores

Affectus diuturniores sunt qui longo usu confirmantur
ut amor, odium, invidia, metus, et quicunque alii majori
cura animos obsidet.

Affectus breviores et subiti sunt qui sicut de levi causa
erumpunt, ita etiam resident, et orationis vento facilli-
me concitantur ut scintilla ignis. Nam calor est omnis
affectus ut dicit Tertullianus.

Affectus adhuc est duplex Ethos et Pathos.

Affectus Ethos ... lenis et placidus, notat mores compo-
sitos, solusque ad lenitatem praevalet et benevo-
lentiam, blandum quid humanum et amabile sonans.

Affectus Pathos q. l. Flavor est qui ad perturbationem
vehementer commovendam valet, estque atrox et vehe-
mens, ira, amor, odium,

Recenses species affectuum.

Ans affectus misericordia quae est animi dolor susceptus ex cogitatione mali, quod perniciem affert, quaquis afficiatur immeriter. Ad talem affectum excitavit M. Antonius populum Romanum in conjuratos interfectores Caesaris dum cadaver foedatum consusque erga viti tribus vulneribus et cruentas vestes exhibuit addita oratione.

Affectus 2dus Ira, quae est cupiditas ulciscendi eos, qui nos aut nostros laeserunt, aut damno affecerunt aut contempserunt. Hic affectus generosus est et quo concitatur major, eo illa acrius excitatur.

Affectus 3tius Mansuetudo quae est ira depressio atque sedatio opinionem contemptus tollendo.

Affectus 4tus Amor est quo quis alteri ea quae bona putat et quantum in se est facit et praestat non sui sed illius gratia

Affectus 5tus Odium est amori contrarium quo alterum aut vere malum, aut opinione nostra malum, seu nobis aut nostris male meritum perdendi ejus gratia vel laedendi aversamur

Affectus 6tus Metus qui est animi dolor atque perturbatio ex apprehensione mali imminentis quod dolorem vel perniciem affere videtur quodque difficile sit avertere vel effugere.

Affectus 7timus Securitas, est qua adversus impendens periculum immotus aut infractus et imperterritus consistit animus superandi aut effugiendi spe.

Affectus 8uus Pudor est dolor animi et perturbatio ex imaginatione praesentium malorum aut praeteritorum aut futurorum quae ignominiam afferunt et dedecus.

Affectus 9nus Impudentia est malum pudori quod hae parvi pendit
Affectus 10mus Gratia est animi ad alterum propensio voluntaria non ex ejus meritis, sed ex ipsa donantis benignitate nata.
Affectus 11 Indignatio quae est affectus animi indolens rebus alterius praeter meritum feliciter succedentibus
Affectus 12 Invidia quae est dolor alterius felicitate cum scilicet nolumus nobis aliquem similem aut parem.
Hic affectus est parvus non enim debemus dolere nisi malo nostro, vel amicorum, neque cadit in magnanimos invidia cum hi magno animo praediti supponantur
Affectus 13. Aemulatio quae est dolor de aliena prosperitate, sed tunc cum in alijs illa bona videmus quae nos ipsi eadem assequi licet et illi propria virtute possumus Idne
Affectus aemulationis ad praeclara nobis stimulos admovet et cadit in magnanimos, qui solent habere dolorem de aliena prosperitate, non ideo quod alii hanc prosperitatem habent, sed ideo quod non ipsi etiam eam sint consecuti.
Hunc affectum aemulationis ex meo affectu a modis opto singulis vobis vigere. ut scilicet aemulando praeclaros Oratores pares evadatis similiter et in virtutibus. Praeterea vero ad malitia ad unumquemque coronatur recte Prophetam qui prohibeat dicens Noli aemulari in malignantibus

§ VIII

Quomodo et quinam apud quem Auditorem sint excitandi affectus Ostendens.

Orator ut moveat affectus hos servabit modos.
1mo totius causa res ante oculos ponat et ubi vide-
rit quid invidiosum quid formidabile, quid misera-
bile amandum odiosum &c. ea omnia dicat suis
auditoribus quibus ipse. si audiret moveretur.
2do ipse orator moveatur. nam imitatio ridicula
est. si verba et cultus totum accomodarit non vero ani-
mi. Unde similes esse debemus quae volumus esse
similia.
3tio ita orator det ipse affectus (num motus in potesta-
te sua non habet). ita repraesentet sibi animo ima-
gines rerum absentium, ut eas cernere oculis ac
praesentes habere videatur imo voces etiam ad eum
modum quo finget hic praestantissimus est in affectibus hic
attendere. ad ea omnia quae dicta sunt supra imo
bibliothecam agenda de Pronunciatione.
Attendere ideo ad illas circumstantias
quis quid ubi quibus auxiliis cur quomodo quando.
Istae enim circumstantiae valent, qui affectus in quo
auditore possunt excitari. Itaque
Nota quod in movendis affectibus debet Orator consi-
derare auditorem suum et ingenium ejus nec non
aetatem nobilitatem, potentiam divitias, &
et sic suam accomodare orationem.
Iuvenes sunt cupidi, prompti, prodigi intemperantes
mutabiles visosi &
Divites sunt contumeliosi, superbi, delicati, plu-
rimum se facientes, dignos se honore putantes
ideo quod habeant opes,
Potentes fere cum divitibus mores habeant sed
tum aliquando meliores quam divites sunt,

magis et honestiores &c. Solumque in magnis faciunt injuriam superbi, magis tamen erga Deum pii propter bona quæ consecuti sunt divinitus et sic de alijs

Collige in omni affectu duo præcipue esse quibus movemur, res quæ accidit vel expectatur et persona cui res accidit.

Collige 2do affectum nasci ex studio appetendum rerum quæ bona esse nobis videntur, vel ex studio aversandarum rerum, quas noxias judicamus. Sed adverte quod non solum nostris malis afficimur et bonis sed alienis quoque dolemus gaudemus irascimur indignamur &c.

Conclude quod affectus licet in omnibus partibus orationis in quibus adhibentur amplificationes adhibeantur, tamen in Epilogo maxime. In Epilogo enim orator tota pene vi se debet violentioris eloquentiæ vela, et etiam remurmurantes animos flaudos efficiat, et prætervehat. Nam ex epilogo tota pendet victoria et proelium est hic oratori movere alias labor totus promissus in casum. Et hæc sufficiant de partibus orationis. Sequitur

CAPUT IVUM

De Locis Communibus.

Loci dicuntur Communes, qui omnibus tribus generibus causarum accomodari possunt, et sunt quasi quidam fontes inexhausti, subserviunt enim in omni genere tam ad inveniendum, quam ad probandum et amplificandum. Et qui hos locos ignorat

merito non solum orator non debet dici sed po-
tius nihil sapere in Rhetorica, nam qui eos locorum
locorum et totam Rham, calere dicatur qui illos
calet cum ferme tota Rha nihil aliud sit quam
ipsi loci

De definitione et numero horum Locorum

Loci Rhetorici ut rotes dictum definitur, Est sedes
ac domicilium argumentorum.

Loci Communes sunt Duplices alii Intrinseci alii ex-
trinseci

Loci Intrinseci sunt qui suppeditant argumenta
ex visceribus ipsius rei de qua agitur seu ex iis
quae insunt rei unde aliter dicuntur insiti. Item
ideo dicuntur Artificiales, quod per artem ex ipsa
re educantur, et artis Rhae ignaris non possit
argumentum ex illis desumere.

Numerantur 16 1mus ab Etimologia, 2dus
a conjugatis 3tius a Definitione 4tus a Di-
visione 5tus a Genere 6tus a Forma, seu spe-
cie 7mus a Similitudine 8vus a Dissimilitu-
dine 9nus ab Oppositis 10mus a Repugnantibus
11mus ab adjunctis 12 ab Antecedentibus 13
a Consequentibus 14 a Causis 15 ab Effectibus
16 a Comparatis

Loci extrinseci sunt qui suppeditant argumenta
ex his quae sunt extra ipsam rem. Unde aliter
dicuntur assumpti quod aliunde quam ex visceribus
rei assumuntur. Item ideo dicuntur Inartificiales.

non ideo tamen qd quasi dre circa se cabeant. sed
ideo qd et ignari artis Rhae. in causis suis facile ins
tri posset, licet quidem imperfecte

Vellantur 1o Amus a Praejudiciis 2dus a Fama seu
Rumoribus, 3tius a Tormentis, 4tus a Jusjurando
5tus a Testibus 6tus a Tabulis.

Adverte quod loci Intrinseci sint proprie loci Ora
torii Jam vero loci extrinseci sunt vero proprie
forenses, quanquam olim Causarum actor Antonoma
stice dicebatur Orator. Unde ipsi loci extrinseci
ad Rham et Oratorem, praesentis saeculi non
tantopere videntur spectare. Itaque scias quod
faventibus superis ita de ipsis instituemus Rhetoricam
nem, prout valeant. instruere Oratorem futurum
praesentis saeculi.

Sectio Capitis 2da

Quid et quotuplex est Argumentum.

Argumentum, ut toties dictum est probabile in
ventum ad faciendam fidem rei allatae.

Argumentum habet divisionem suam multiplicem.
Dividitur 1mo Ratione Mriae et Ratione Finis

Argumentum Ratione Materiae, est Ratio dubiae rei
fidem faciens

Argumentum Ratione Finis est Ratio per quam mo
vetur animus Auditoris et commovetur ut diversi
m modo dicatur de rebus propter quas gaudio vel dolore
afficimur

Dividitur 2do Ratione Mriae in Necessarium et Probabile

Necessarium est qd in oem contrariam partem probari non potest
ut Reddit unicuique quod suum est. Ergo est iustus

Probabile est quod in utramque partem probari potest

Vg Est dignum electrium Ergo optimum sibi Principē
adoptare potest.
Dividitur 3tio Ratione Finis Explicater, in docens
Delectans, et movens
Docens est quod Rei ad dicendum proposita veritā
tem vel falsitatem ostendit.
Delectans est quod animum auditoris mulcet per
excitationem in eo cujusdam voluptatis
Movens est quod in animis auditorum excitat vel sedat
affectus iræ odii clementiæ, &.
Dividitur 4to Ratione Locorum ex quibus sumitur
et quidem 1mo Ratione Locorum Proprietatum
trium generum Causarum, in Demonstrativum Deli-
berativum, et Judiciale.
Demonstrativum est qd stinet laudem et vituperium
Deliberativum est quod stinet suasionē & dissuasionem.
Judiciale est quod stinet Accusationem & defensionem.
2do Ratione Locorum Communium et Intrinse-
cum, et Extrinsecum.
Intrinsecum est quod petit ex Locis Intrinsecis
Extrinsecum seu Remotum est qd petit ex Locis
extrinsecis seu assumptis.
Praemissa notitia quotuplices sint loci et quo-
tuplicia Argumenta quæ petunt ex locis, seu
quorum sint loci sedes ac Domicilia, descendo
ad explicationem locorum per singulos Paragra-
phos.

§ I

De Loco ab Etymologia

Etymologia G.A. Notatio Nominis et est locus
cum ex vi Nominis Argumentum depromitur.

Ut Petrus et Ego solide aget, nam petrus significat petram seu soliditatem.
Adverte locum hunc valere ad multa subtilia sed binominisa. Argumenta, atq.
Amo. Sumitur Acumen si nomen pati potest, sic illud de Divo Nazario tractum aptissime. Hunc etiam florem messuit Neronis gladius. Nam Nazareus seu Nazaeus florem significat.
2do dici potest oppositum acumen dum potius sic finxit, nomen ut de Divo Petro noxam tripli deflorantem deplorante. Nunquam melior fuit petra quam cum in lachrymas sic liquesceret, tota cum in amorem tota in Deum cedere.
3tio dici potest omnem ex nomine. Sic Natalis Vladislai IVti, qui in festo sanctorum, Primi et feliciani incidebat nomen faustum gloriosum, Principi traxit eum fere primum, qui sine aemulis felicissimum, qui sine suffragiis Rex, studio Rex dicetur, ex hoc omen, Clemens Octavus velut oraculum, edidit de Vladislao, et bene nam;
puleherum secum trahit omnia nomen,
4to in laudem alicujus potest trahi simile nomen. sic in laudem serenissimi Augusti potest quispiam alludere. ad Augustum Caesarem Romanum sedatorem seditionum, ac victoria ac pace. orbis cladum. Item ad nomen Antecedentis Regis Polonia Augusti de quo dubitet plerum hoc omen. orbis in solijs addat.
5to trahi potest in laudem ac exornationem nominis et alia eruditio ex quispiam debere. si cui hoc nomen esset. diceret glandior tu nihi Pelidas qui ille vetro matris in bello Aeneis Ursus creditus quod de
6to ex nomine ~~potest~~ possunt fieri Anagrammata congrua;

Vg Eucharistia, Cythara, Jesu, Maria Magdalena, Mala mea Iglandia &c

6mo pulchrum argumentum est hoc loco si quis fuerit sui nominis hoc est si Imetepulan pulchri nominis factis gloriosis adequat Vg plerig Imperator velle plerig sic Alexander; Cuius nomini orbis succubuit nec molem nominis ferre, quasq promiscue potuit; illud a militum duce Alexandro in Tyri obsidione requisiit, fac nunc qd geris dignum facinus, ut nomen Alexandri pone, &c

7mo Argumentum et acumen sumitur, cum mendacium in nomine invenitur, hoc est cum non adimpletis mensura nominis, et significatis per nomen Est tale mendacium est duplex Imum dum pulchra nomina mentiunt, sic in Commodo sic in Luco velo et plerig alijs nna laudem meritis, quia caruerunt Illum cung merito occlames vox est propterea que nihil dedecorat sese, quis quis pro claro nomine illum insignis. Hinc crediderit et Dionysius Siculorum Rex illum vere unam efiliaty justiciam, alteram vero temperantiam vocaverit

2dum Mendacium est e illa quando s. Nris labem facta refutant, sic S. Barbara dicit, quod mentitus sit nomen illius dum sic loquens introducitur.

Barbarum sum nomen mihi sed nomine virgo
Sed qui me genuit, de rede supra.

Sic de Sancto Vicentio Phellerio dicitur Fellum in cognomen admisit, alioqn totus alienus. &c

gno ex hoc loco potestis vanitatem nominum.

et titulorum inquibusdam carpere, sicut enim solet audiatq illa nomina, quae sibi sapor ad Constantinum scribens inscripsit. Sapor Rex Regum Particeps Syderum Frater solis et Luna, &c Duis talemano non indignetur cum se Caldeo quarto stendum scribens vocitat, regum et dominantium Regem et Deum qui cum Rex Polissinagensis sese appellat sponsum bona solis magnum Providentem Deum magistrum toque respicientium equitem cui nemo par Elephantorum Venatorem &c Duis non succenseat cum Soldanus de se dicit Soldanus Omnipotens ante Carthaginem Dnus Paradisi praefectus inferni, Dnus Alcidae filius, Amicus Deorum, Dnus qua sol et Luna meat, &c De quibus nominibus potissimum audi Poetam.

Vibus edoctus si quidquam credis amico
Crede mihi et longe nomina magna fuge.

10 ad Argumentum nihil obest exilitas nominis si facta suppleant, Sol breve nomen gerit, sed solem illustrat, utrumq et Jovem e Planetis unum superat. Rex item tantillum non e et immensa Regnorum tantillo cedit. Sicut et Castellae fasti memorant Alphonsum Regem regis Galliae Philippi primi filium alterutrum et filiabus in sponsam obtulisse Urratam et Blantam. Priori plus fortunae quam alteri inerat sed non displicuit. Flexa igitur in Blantam erat et cum insulsa forma obiceretur illud duntaxat, oppositum e non supplebit et haec sufficiant de Loco annotationum nominis.

§ II

De Loco a Conjugatis

Locus a Conjugatis est, cum ex verbis eiusdem generis ab uno derivatis varie commutatis argumentum depromimus. ut Sterilitas a qua oritur sterilesco sterilis steriliter &c sic pudicitia a qua pudor pudicus pudice pudere &c.

Argumentum sic Sumitur ut Christi vitam non imitaris Ergo non es Christianus.

Adverte locum hunc potissimum valere ad amplificandum si Figuris illustretur quales sunt Paronomasia Polyptoton &c Nihilominus

Adverte ideo talem Amplificationem omnino tam quodammodo videri nisi forte fiat in hunc modum quo usus est modo, Quidam hanc propositionem, Modestia amabilissima virtus est sic per singulos casus traducendo.

Nominativus Modestia virtutum omnium longe pulcherrima praeclarissimaque, tot fulget radiis tot veneribus ablanditur, nihil ut amabilius fingi queat.

Genitivus Modestiae quam gratus ac suavis est decor quam augusta plenaque species ut sensus omnis expertem ac rationis cum esse necesse sit qui eius amore non ardeat.

Dativus Modestiae uni conveniunt universa quae singulas commendant virtutes, sicut ex omnibus aliis una illa virtus facta fictaque esse videatur.

Accusativus Modestiam tot dotes commendant eximiae ut mortalium foedissimus ac dementissimus sit habendus, qui eam non noverit non amaverit.

Vocativus o Modestia. o Virtus cœlo pulchior, so le micantior. quis te vel de sola facie novit tuiq. desiderio non incenditur.
Ablativus a Modestia omnis honesti decor effloresçit omnis decoris flos emanat, pluryma q. flamma ful. per omnes exoritur. quis illam non ergo collat. non ambiat. non complectatur. quis eam dictis omnibq ac factis gestu habituq. non exprimat.
Similiter sciendum posse quamcunq. pronem duci per tempora et modos, quæ tamen tem pora potius in sensu quam in ipso verbo ee exprimenda.

§ III

De Loco a Definitione

Definitio e. id per qd explicamq naturam alicujus rei quam assumimq ad tractandum.
Definitio vulgo duplex est essentialis et descri ptiva
Definitio essentialis seu dialectica est quæ fit, per genq proximum et differentiam essen tialem, vg Homo est animal rationale.
Adverte 1mo genus est id in definitione qd non solum huic rei quæ definit convenit sed et alijs commune est.
Adverte 2do differentiam essentialem esse qd nemini alteri, nisi soli huic rei quæ definit cōvenit, illamq. constituit in suo statu, facitq. differri ab omni alio.
Definitio descriptiva seu oratio e. quæ rem aliqm explicat per attributa sua. et alia accidentia ac proprietates, quæ illi competere et quocunq modo possunt. hinc
Collige qd definitionis descriptivæ formandæ modos facile subministrant alii loci quales sc.

1mus Locus a divisione v.g. Cicero definit gloriam pro marco marcello Gloria est illustris ac pervagata multorum ac magnorum vel in suos Cives & in omne genus hominum fama meritorum.
2dus Locus a Causis v.g. Gigantes definiunt a Materiali Caa. Terrea progenies & homo definit a fine Animal ad immortalitatem natum &c.
3tio Locus ab effectis v.g. Bellum dicitur heroum sepultura Orbis naufragium, Martis et mortis cruenta facia.
4to Locus a similitudine v.g. vita nostra enthymema. Cuius Antecedens nasci, consequens mori. sic et Salustius definit animum, Dux atque Imperator mortalium animus est.
5to Locus ab Oppositis v.g. Cicero Libro 1mo Epistolarum Virtutem definit per opposita, Virtus est vitium fugere, et sapientia prima stultitia caruisse sed
Nota quod ad Intellectionem horum formandi definitionis modorum intelligendum est et sciendum quid sint singuli Loci
Advertite ergo diligenter cum infra agemus de illis sequenter.
Definitio descriptiva adhuc dividitur tripliciter. in Scholasticam, Politicam et Divinam.
Definitio Scholastica est quae in definienda quacunque re solum ingenium in Oratore necnon fecunditatem illius possit et reddit. et talis definitio Scholastica cum suis modis de qua supra egimus in agendo de speciali et descriptione

Definitio Politica est, quae in definienda quacunque re Urbanitatis leges arcana aulae et politicae nec non aphorismos politicos tum dicta Principum servat, imitatur ac exprimit, sicut Tacitus avaritiam et arrogantiam praecipua validiorum vitia vocat. O sic Eidem assentatio foeda servitus. Malignitas species libertatis. Sic Curtius in Alexandro iram et temulentiam vocat invicta mala Alexandri. Sic sunt illa Principum dicta Symbolica ut Antonii Regni Clementia custos, Antigoni Regni splendida servitus, Alberti Pii Amicus optima vitae possessio Audeleri Rex Lex animata, Huc illae definitiones spectant. Veritas privatae fortunae bonum Principum. Vita perpetua est vulgi Censura. Benevolentia est optima custodia, Publica res est praecepe. Inter bonum Principem et bonum Patrem nihil interest. Pontificia Papae dignitas. honorum non plus ultra. Et Poëta execrans aquas sic definit cum dicit:

Vini pernicies abite Lymphae

Definitio Divina est, quae vel ex Sacris literis desumitur, vel sacras res exprimit. Ad hanc definitionem spectant tituli Dei, tituli Beatissimae V. M. ex Sanctis Patribus assumpti (de quibus vide Biblum integrum Pauli Barrij) huc spectat ille titulus Maria est Resp: omnium gratiarum. huc spectant tituli Sanctorum Dei; Item tituli quarum cunque rerum quos Sancti Patres tribuunt virtutibus vel vitijs caeterisque rebus.

Habes Divisionem Definitionis recensitum accipe modos ex vulgaribus definitionibus faciendi rariores.
Modus Imus Allegoria, sic rarior est: illa definitio allegorica Immaculatae Conceptionis vg
Ama a pomo etdae abstinentia. Item Contritio sine penitentia ubi alluditur ad illud conteret caput tuum. Genesis 3tio. tamen
Adverte non venustam licet allegoricam, illam Licinii esse definitionem, quae literas dixis et pestem Reip: asseruit. Melior est Aeneae silvii qui literas in vilibus argentum, in nobili aurum, in Principe gemmas pretiosas esse dixit.
2do Similitudino Antonomastica vel per locum a similitudine usurpata. vg illa Voluptas est animorum circe est dolosa siren. Item vg illa: Lingua est Phaeton. Item vg illa. Error sapiens stultorum magister. lumen post tenebras.
3tio Antitheta. sic Siren Claudiano dulce malum pelago. Item blanda Tyrannis voluptas
4to Enigma. sic se psiptacus definit aut describit. Altera me in tellus non et facundior ales
Sit hic et illud Enigma. quo describitur muscatus
Si caput accipias cullit, ventem adde volabit
Adde pedem comedes et sine ventre bibes
5to Paronomasia vg Aula et auda. magnum infortunium est magna fortuna. Et quidam facem mulieres facem esse dixit. Et niven Maladus pulchre vocat Tantalum vellus aquarum.
Argumentum ex Loco a definitione sumitur sic vg Volo persuadere quod bellum sit permiciosa assumo definitionem supra positam ab effectu sic

Helorum sepultura e perniciosa Regnis sed bellu
e helorum sepultura Ergo bellum e perniciosum
Regnis. Vel in Enthymemate sic bellum
e helorum sepultura, Ergo si bellum suade-
tis perniciosum quod amatis Ratio quia
helorum sepultura e perniciosa, et sic de alijs
Item vg. Volo probare qd aliquis sit sceleratg
et stultg. assumo Ciceronis definitionem
ab opposito sic. Virtus e vitium fugere et
sapientia prima stultitia caruisse. sed Casimi
rus nec vitio fugit, nec stultitia caret, Ergo nec
habet virtutem nec sapientiam primam.
Item vg. Volo probare quod tempore Bachanalio
rum temperanter homines vivere debeant. (ut habet
in presenti dispositione) assumo definitionem
temperantiæ quæ est: in omnes non rectos impe-
tus animi firma et moderata dominatio atq pono
Silogismum sic; In omnes non rectos impetg
animi firma et moderata dominatio, quemadmo
dum omni homini ita maxime Christiano conveni
ens e. Sed temperantig sancteq festa Dio
nysia colere. est in impetus non rectos firmam
et moderatam dominationem exercere. Ergo
temperantig sancteq festa Dionysii colere
quemadmodum omni homini maxime Christiano
conveniens e. et hoc sufficiat de Loco a Definitione

§ IV

De Loco a Divisione

Divisio e alicuius totius in suas partes distributio
Sicut totum e triplex nempe. Genericum
Integrale et accidentale. Ita et divisio est tri
plex prima. Divisio proprie dicta seu dialectica.

2da Partitio 3tia Enumeratio

Divisio propria dicta, seu Dialectica e cum aliquod genus seu totum genericum in suas dividit species v.g. Animal in Rationale et Irrationale, seu Cicero pro Planco numero 3tio dividit gratitudinem tanquam genus in suas species, quae sunt religio in deum pietas in Parentes, Praeceptorem, observantia amicitia cultus ibi Haec est omnium una virtus, non solum maxima, sed etiam mater omnium. Sic color tanquam genus dividitur in viridem flavum nigrum album &c Sic Schola in Grammaticam Rhet. Dialecticam.

Partitio est cum aliquod totum integrale in suas dividitur partes et talis partitio est duplex alia Physica alia moralis

Partitio Physica seu nalis e quo totum dividitur in suas partes reales ex quibus coalescunt v.g. totus homo dividitur in Corpus et animam Corpus dividitur in Caput pedes brachia, &c Regnum v.g. dividitur in Regem senatum equestrem ordinem Civitates pagos agros

Partitio moralis est qua aliquod totum in quasdam partes, sola duntaxat cogitatione adinventas ac intellectu conceptas distribuitur. Et tales partes aliter vocantur Circumstantiae et adiuncta convenientia et Repugnantia illo versiculo contenta

Quis quid ubi quibus auxiliis, cur quomodo quando hinc

Collige e eiusmodi Physicas seu veras partes invenire qui nimirum cadant sub oculos ad partes quas morales dicimus non ita facile deprehendunt quippe quae ab judicio nostro pendeant et mentis acie quaer dantur: v.g. Caim interfecit Abelem Volo hanc propositionem amplificare ex hoc loco, partes Physicas non invenio recurro ergo ad partes morales seu ad Circumstantias quae sunt, Persona Locus Tempus instrumentum

Finis &c. Nam ista omnia sunt veluti partes interfe ctionis humanis. Et sic procedendum est etiam in alijs similibus Locorum.

Enumeratio est cum alicujus totius sua enumerantur accidentia et proprietates.

Enumeratio est duplex prima cum enumerantur subjecti sua accidentia et proprietates; Ut Plato enumeravit cum dixit: Non nobis solum nati sumus, ortus nostri partem Patria, partem parentes partem amici vendicant. Sic ut dicimus Petri populus enumeraret si reperiantur in ipso accidentia gravitatem doctrinam pulchritudinem Virtutes &c.

2da est cum enumerantur accidentium vel proprietatum subjecta. Ut albedinis subjecta sunt, Papyrus, lac, Agnus, alabastrum. Item ut scientiæ subjecta sunt, rex, civis, nobilis, ignobilis, Petrus, Paulus, Jacobus.

Additur a non nullis tertia enumerationis species cum scilicet enumerantur accidentis accidentia. Ut Coloris enumerantur alij colores ut albus, niger, ruber; Virtutis aliæ virtutes ut justitia prudentia &c. Sed ego hanc enumerationem reduco ad divisionem Dialecticam, nam sic cum divido accidens in alia accidentia; divido tanquam genus in suas species.

Argumentum a divisione sumitur 3pliciter. 1mo cum enumeratis omnibus partibus affirmamus seu inferimus totum. Ut burget senatus, mæret equester ordo, tota civitas senio confecta est; squalent municipia afflictantur Coloni et Sagli denique ipsi tam beneficum, tam salutarem tam mansuetum Civem desiderant Ergo totum Regnum &c.

2do e contra, cum negatis omnibus partibus, totu

quoq negat Vg neq senatq neq equester Ordo nec aliqua Civitas vel pagus Indolet satis eius Ergo nemo, &c

3tio Cum rejectis alijs partibq una vel dua affirmantur Vg aut senatq aut equester Ordo, aut aliqua Civitas Voluptatibq eius paruit sed nec senatq nec equester Ordo Ergo aliqua Civitas

§ V

De Loco a Genere

Genus e quoddam totum plura quaedam sub se continens communione quadam sibi similia specie vero inter se differentiam Vg Virtus e quoddam totum commune, quod sub se habet plura scilicet Prudentiam, iustitiam fortitudinem temperantiam quae et sibi communione hac similia quod sint singulae harum Virtutes, differunt autem inter se specie, nam quaelibet illarum diversam habet naturam seu definitionem, si color e quoddam commune quod continet sub se album nigrum rubrum &

Argumentum sumitur a Genere tunc quando ab eo qd est totum commune pluribq, ad eadem plura sub illo communi contenta descendimq. Seu qdo volumq ostendere, aliquid in ipsa Speciei, prius ostendimq illud in ipso generi Vg Volentes probare quod iustitia e laudabilis, quod prudentia est laudabilis ostendimq prius quod Virtq sit laudabilis &c

Notandum qd reductio Hipotesis ad Thesim, seu cum a quaestione particulari descendimq ad Universalem etiam locus a genere vocatq seu Locq communis Vg volendo ostendere qd temperantia sit amanda, descendimq ad Universalem hanc

propositam qd Virty est amanda. Et hoc alter ite dum vocatur despicio seu exemplo favorabilis in loco communem commodans, hinc

Collige omnia argumenta quae explicant pl Sillogismum huius ipse loci. Nam maior in Sillogismo semper debet etinere aliquid totum commune pl debus iam autem, minor autem unum tantum speciales ideoq educit minor. Vg. Virty e amabilis sed temperantia e Virty, Ergo temperantia e amabilis

§ VI

De Loco a Specie

Species alter ducit forma, definit autem species esse pars subiecta generi. Vg. Justitia e pars Virtutis, et continetur sub Virtute. Temperantia e pars Virtutis justitia prudentia pariter, et continentur sub Virtute seu subiiciuntur illi.

Argumenta quae sumuntur a specie seu forma sic cum enim ostendamus alicui inesse genus ostendimus illi inesse speciem Vg. Ut ostendamus aliquem esse virtuosum, ostendimus prius quod sit vel justitiae amans vel temperantiae. Reg. vg. Est in hoc Adolescente pietas, Ergo e Virty. Est modestia Ergo e Virty

§ VII

De Loco a Similitudine

Similitudo e cum aliqua duo vel plura disparia ad aliquam similem affectuum convenientiam invicem referuntur. Vg. Virgilius per similitudinem perscribit hoc. Tu [illegible] sic

Vitis ut arboribus decori est ut vitibus uvae.
Ut gregibus tauri segetes ut pinguibus arvis

Judeus omne tacis
Item ex Seneca.
Beneficii aliqui vocantur cum floribus tam duplatis quam duri decentibus.
Similitudo est duplex alia perfecta alia imperfecta.
Similitudo perfecta est quae duas habet partes Protasin et Apodosin per suas particulas. Ita sicut quem admodum nec sicut ita qualis talis &c. Sed redditio ipsius ut solem despicientem non directe sed in aliis intuemur; ita Deum in operibus. Item Cicero Lib. Epist. ... ad Atticum ut gubernatori cursus secundus medico salus, Imperatori victoria; sic moderatori Reipu. beata civium vita est proposita.
Similitudo imperfecta est quae caret notis ipsis seu particulis redditionis, ita quae propositionem cum redditione, Immo vero.
Adverte quod licet similitudo talis dicatur imperfecta: Artificium tamen oratorum, aliquid illi confirmat concinnum et eruditum. En etenim loco ipsius. Quemadmodum Annibal ad Cannas, sed Actium Augustus, in Lilicea alexander, sub Carthagine Scipio capuam glorie nobilem sortiti sunt. Statue hic quam venustius sit. hic habes palmas Annibal, hic Action Augusta hic Liliaan alexander hic Carthaginem Scipio, Rhudpalium Casimir. Blune Valdan Jagiello, Viennam Ioannes Tertius!

§ VIII

De Loco a Dissimilitudine

Locus a dissimilitudine seu differentia est quo ab eo quod est dissimile rei de qua agimus argumentum

deducum dei nostra accomodatum seu quo duae vel plures res diversae ob quam diversitatem, inter se conferuntur. Plinius Lib. 2do Cap. quo Lunam extinctam cum homine modo conferet, sic Luna sono lectinctae sub inde renascitur et ubi consenuit reiuvenescit at homo nec renascitur mortuus, nec repubescit senex. Item ut fures ipsi damnant furtum et sacrilegi accusant sacrilegos ergo vos viri optimi hoc facere non debebitis quod ipsi nesalii faciunt.

Dissimilitudo sicut et similitudo est duplex Perfecta et Imperfecta ut facile ex dictis potest colligi Paragrapho 8vo praecedenti.

§ IX

De Loco ab Oppositis

Locus ab Oppositis est cum ex una re adversa aliam eidem adversam conferimus.

Opposita sunt quadruplicia, contraria seu adversa, privantia, Relativa, et Negantia seu contradictoria.

Contraria seu Adversa sunt quae inter se maxime distant ut Virtus Vitium Pax Bellum, Amor, Odium, Humilitas Superbia Continentia Incontinentia Clementia Tirannis &c.

Privantia sunt quorum dicit unum habitum seu formam, alterum ejusdem privationem ut visus et caecitas, gratia et peccatum.

Relativa sunt quae inter se conferuntur et vicissim se inferunt, alias unum sine alio intelligi non possunt ut Dux Miles Praeceptor Discipulus, Pater Filius &c.

Negantia seu contradictoria sunt quorum unum negat alium, ut pius impius, virtuosus aut vitiosus, doctus indoctus &c.

Argumentum sumitur sic: Vitium est turpitudinem, Ergo virtus est pulchritudo, Fuimus Regem propter discordias civium Ergo non insipi. concordia eorundem. ad fedelitatis animis et armis, Sumerum dedibunt in flotem,

Applicantibus mortem timet Ergo amat vitam.
A relatis: Dux adest periculum Ergo est miles.
A negantibus: pius es Cur ergo cum arduis impietatis.
Notandum ergo quod argumentum sumitur ex oribus semper duplicater, Imo a negatione unius oppositi ad affirmationem alterius, 2do e contra, ab affirmatione unius oppositi ad negationem alterius oppositi.

§ X

De Loco a Repugnantibus

Repugnantia sunt quae nec certa lege nec numero inter se dissident, secum tamen cohaerere nullatenus possunt,
Dicuntur neque certa lege neque numero quia unum possunt plura opponi seu repugnare, Et hac per hoc differunt Repugnantia a contrariis, nam uni et alio unum opponitur v.g. amori odium oppositum.
Iam autem amori repugnant multa, ut Locutio Insectatio, supplantatio, maledictum, accusatio, defectio
Argumentum sumitur sic: Cum ex iis quae simul cohaerere nequaquam possunt, uno posito alterum removemus v.g. Animum vicit, Iracundiam cohibuit, Victoriam temperavit, Adversarium incertum extulit Caesar Ergo non est Tirannus

Item ex Deiotaro peremptam casum dedit exercitum eius aliut quem Asiae praeficerat, ei nullum inde retuit victoriam eidem non solum ad hospitium sed ad periculum etiam, adque ad aciem pacto fuit. Ergo Deiotarus celiero animo a casu non fuit.
Ersu de aliis hinc assumptis argumentis.

§ XI

De Loco ab Antecedentibus et Consequentibus

Locus ab Antecedentibus est cum ab iis quae necessario cohaerent cum consequentibus argumentamur, ex longo tempore diligentiam adhibuit in studendo. Ergo profectum in litteris habet, Item Sudavit Ergo dives est.
Locus a Consequentibus est Cum ex iis quae non necessario consequuntur, ad ea quae praecesserint argumentamur vg Doctus est Ergo multa didicit fecit, puer sudavit et alsit, Item Cicatricem habet Ergo olim accepit plagam, Cicatrix enim necessario consequitur plagam,
Nota quod antecedentia et consequentia differunt ab adiunctis (de quibus mox) per hoc, quod necessario secum cohaereant, Antecedendo vel consequendo Adiuncta vero non necessario,

§ XII

De Loco a Causis

Causa est quae vi sua efficit id, cuius est causa vg Ignis est causa caloris qui vi sua genere est eiusdem.
Causa est quadruplex Materialis, Formalis, Efficiens et Finalis
Causa materialis est triplex in qua, circa quam et ex qua.

64

Causa materialis in qua est subiectum in qua aliquid recipitur seu continens in qua aliquid retinetur v.g.
Causa materialis Rhetorica in qua est intellectus in quo recipitur seu subiectatur Rhetorica, sic corpus hominis est causa materialis hominis anima quia animal in ipso continetur
Causa materialis circa quam est id, circa quod versatur aliqua actio vel facultas, hinc talis causa aliter appellatur obiectum actionis vel facultatis Theologiae Deus &
Et talis causa Rhetorica sunt res omnes de quibus orator dicere potest ad persuadendum seu quae possunt in ipsa tractari,
Causa materialis ex qua, est causa proprie dicta et id ex quo tanquam ex sua materia res fit v.g. sit
Vz ex marmore fit statua, ex ligno cathedra ex auro annulus, &
Causa formalis est quo ratio rei et nota per quam res est id, quod est in sua natura, et a rebus aliis distinguitur. Sic vz anima hominis est forma, est enim causa cur homo sit, et ab aliis distinguatur. Sic statua est forma marmoris, est enim causa cur hoc marmor sit statua et ab aliis marmoribus distinguatur quod non est sub forma statuae
Causa efficiens est id a quo aliquid fit, vz sol est causa diei quia eum efficit toto caelo luce diffusa Aurifaber est causa annuli quem ipse efficit &
Causa finalis est id cuius gratia aliquid fit, Homo factus est ad laudandum Deum. Calamus ad scribendum Filius a parente missus Graecii ad studendum &
Argumentum sumitur a causis dupliciter primo

qdo posita Causa ostendimus poni effectum Ex altali
ex auro Annulus factus est Ergo est pretiosus. A formali
habes animam immortalem Ergo immortalia cures
aeterna cogites, sic Docti suadet non timendam mor
tem a Cau Formali.

Quid stygia quid tenebras quid nomina vana timetis
Morte carent animae semperque priore relicta
Sede nunc novis habitant domibus viventque receptae.

Ab Efficiente Cluentum bellum est Ergo non enim
perit. Item serenitas cadet epulis Ergo et violentia
Nam violentum efficiunt pocula frequentata

A finali Homo natus est ad laudandum Deum Ergo
non debet esse venter illi Deus. Item eloquentia
est laudabilis Ergo et studium qd ad illam ordinatum
est laudabile

Adverte sub Cau Efficienti continebi omnes invento
res rerum, et quicunque quomodocunque possunt esse occasio
alicuius rei pro complemento intellectionis

Argumentum sumitur rdo sic a Causis quando ablata
causa ostendimus removeri effectum vg A materiali Aurea
Annulus non est Ergo nec pretiosus et
Pro complemento intellectionis
Nota Cau sumi dupliciter 1mo Physice et Reali
ter, pro ut est vera causa alicuius rei, et de hac hacte
nus hoc paragrapho dictum.
2do Metaphorice et impropriè seu moraliter vel
ut communiter usurpatur ab Oratoribus pro causa
ingeniosa ac ratione educta, et tales causae ab inge
nio depromptae quanto magis praeter spem et
cum maiori specimine ingenii fiunt tanto plausi

maiore accipiuntur ut v. g. de Ottone illud Aere alie
no obrutus sceptrum accepit, ne perdat. perit quia
accepit. Item v. g. quod rapere hostes poterant,
donat, seseque spoliat, ne spolietur. Itaque
Causa Moralis affero aliquos modos Imo si loco causae
adducat aliquam sententiam. Item v. g. Incautum per Inimicus
mera circumvenit, nam aliquando omnis utuntur pro dolis
Sic et illud Stirpitus evellit impios, nunquam enim alij
mores nisi alij homines
In causis talibus si quis ingenii gloriam venatur certe
Poeta sic aliquis dedit causam hujus quare in
mare influunt fluvii
Salsas item paluerit ut aequore salsius ergo
Quid mirum? dulces quod bibat aequor aquas.
Item illud Perdustrichon de quodam ex oculato lachrymante
E oculis superest unus tibi velna duobus
Perpetuo fautem qui tibi rore rigat
Cur tibi qui superest maestus lachrymat ocellus
In bello fratrem perdidit ille suum.
Sic alij de Christo sudante in horto
Proprius admoto desudat gemma sereno
Christus gemma calix aere venena tulit
Historia Electa multiplices aliquando ex histo
rijs et eventu aliquo assumuntur. Praedecessoris
Stelonomio vitam ibi ut inclaruit, ubi seque infans
eandem orsus magnis heros cum cuna Christi entu
mulum caperent. Et illud de innocentibus. Stibelatus
est Colleng. quod roma. quod etiam prelis triumphum
non negat

3tio aliquando causa ex verbo sumitur sic Ma[illegible] gustus in Africa ingeniosum portentum versus non Sed etiam tunc fuit Africa monstrosum parens.
4to aliquando ex scholasticis quibusdam propositionibus causa emittitur sic tumor si ignesi explodit detumesce tandem credent explodentque scholasticusque haec sic puncta inflata.
5to aliquando ab oppositis causa ducitur sic illud de amado ex causa efficiente.
Gignit prosipe non ergo firmice coecus
Nascitur ex oculis cum genetrix amor
6to aliqua ab Etymologia notali a[illegible] ducitur causa sic illud de [illegible] de [illegible] insulso statua homo dato, Rhetoris hac [illegible] statua quod saxea vela est.
Iudicis semper saxeus ille fuit.
7mo huc refer omnes modos, quicunque allati sunt, et quaecunque dicta sunt Libri mei Cap ultimo paragrapho 10 de acumine et conceptu oratorio quo itidem refert omnia cum suis modis quae allata sunt praesenti capite paragrapho 1mo de loco ab Etymologia omnia enim posita ibi ferme modaliter ab Oratoribus usurpantur...

§XIII.

De Loco ab Effectis

Locus ab effectis est cum ea quae ex causis orta sunt recensentur et ex illis aliquid sc[illegible] viz Deus est lucidus Ergo sol magis est lucidus. Prudentia Deo nos commendat

omnia orta compunmendo Ergo et Christiano hinc dignissima. Peccatum nos potestati Diaboli subdit, Ideo est fugiendum.
Huc refer tales et similes quaestionem v.g. An verum sit quod primus in orbe fecit Deos timor. &c
Adverte quod quia sex sunt causae, totidem etiam effecta sunt, causis respondentia, seu a causis orta.
Adverte Ideo, cum causa sit duplex Phisica et moralis seu ingeniosa etiam effectus est duplex.
Alius qui correspondet causae Phisicae; alius qui morali seu ingenioso. En ab effectu morali Distichon.

Barba tibi crevit, cecidelunt [illegible] capilli
Inde tibi gravis est barba caput leve.

Pro ocio et inspectione huius paragraphi, refello quosdam effectus, naturales seu Phisicos, id est eruditionis.
Inter gemmas, est Phantarba gemma dicta etiam admirabilis et non tam gemma quam sydus videatur Fulgor insitus ab aliis se cernit plerisque cujus Graecia indignus et paene prodigiosus hic lapis nam est, et unum [illegible] lucem retinet Non minus qui in nocte Sydera et eadem rebus implimit noctemque diem permutat, ~~Abjet~~ ~~quod~~ Accedit quod magnes quidam sic lapidem quos in dota vi ad se aggregat, quod post Orphei Lyram Cad cuius concentum aurita deptavere saxa, et emo nise salulle rupes) nulli contigit atque adeo gemmam eadem dissitas in unum colligit. Ab his duabus gemmis excurrendo in laudes effectuum eloquentiae dicere posses. mirum id in Pantharba sed idem ~~non~~ in eloquentia; imo haec maiori luce polet quia etiam ad animos pertingit nullusque in tenebris locus ubi sydus hoc resplendet, se convartunt animi dum radium spargit Orator

et quidquid caliginis in mente latuit nativo lumine dis pungit, Nec aliud prodigium insequens, a lingua qua dula praecordiorum emollit, dispersa in unum colligit pacis arbitra: Item dico quod potest in laudes alterius alicuius dei excurrere, si forte effectus talis vel per similitudinem competere possit, ut in laudem patientiae; Imo et constationis atque consilii et sic de aliis rebus quibus fecunditas ingenii oratoris hosce effectus attingere potest. Deinde ut dices pervulgata orbis miracula. cadunt eloquentia quid enim Babilonis moenia! quid mausoli sepulchrum! quid Ephesinae Deae templum! quid Colosus solis Rodius! quid Egypti Piramides, quid aulea Neronis domus aliaque artis portenta. Fateor quod in his materiam superavit opus et ars omnino vicerit, sed videat haec prodigia ruinae. nec artis rudera superstant, maius prodigium quod perennat et talis oratoria lucubratio, et in se ac elicienter prodigiosa et aeterna cui fama coeva.

Item dico quod sub his miraculis etiam alicuius alterius dei aut virtutis factique cuiuspiam egregii potest laus recenseri. Hic refer sed non unius horae opus esset miros artium effectus, audeam artes tot et illis prodigia quae mirum in mundo moliuntur. Amo ut Talis fuit Archimedis sphaera vitrea caeli aemula. 2do Archite lignea columba volitans 3tio Leonis imperatoris aureae aviculae cantilantes. 4to Boetii aviculae manu factae cantui volatum adiunxerunt. 5to Iclopi aeoli seu vento tantummodo per artem onerati. 6to Nives vides ex arte confectae 7mo ignes artificiales ignea pluvia, spiroboli aquatici 8uo Joannis Regiomontani aquila Carolo quinto Normbergam adventanti volatu obviam eandem in urbem commentata. 9no musca ferrea norimbergensis e manu eiusdem opificis dissivolare circumvolitare convivas tandemque

veluti volata fessa et labore functa in manum
sui artificis resideret visa
4ono Panormi statua Cytharam concinne pulsans
et ad numeros immensa saltitans, tandemque spe-
ctantibus Urbanissime aclinis
5mo machina Norembergi in Piramidem fastigiata
in qua simulacra tot artificum, quod artium operumque
ubi singulis sua artis instrumenta addita, quibus
personati illi Artifices usi in exercitium artis propria
ad impulsum unius rotae. Ibi iam vidisses pictorem
in effigie coloribus adumbranda laborare. Pistorem
subigere farinam, Molitorem, in rotam aquas derivare.
Tonsorem, suam exercere tonstrinam, lanionem, tauri
capiti securim imprimere alios dein moliri ex
sua artis praescripto
6mo veluti Herculeum opus Europeo in toto ad stu-
porem orbis tot artium, mirae effectu elaboratum
in hujus Athiatenei Panteo Diva Annae et Patria
ac Dignissimo Patriarcha Cantio, ut Epigraphe
testatur dicatum ultimo vide et mirare.

§ XI

De Loco ab Adiunctis

Adiuncta sunt illa quae licet rem non constituant neque
necessario illam sequantur, tamen rem circumstant
eidemque coniunguntur.
Adiuncta sunt duplicia alia rerum alia Personarum.
Adiuncta rerum seu negotiorum sunt, quae rebus ipsis
adiunguntur suntque duplicia vel sunt circumstantiae
rerum, ut Locus, Tempus, Occasio, modus, facultates
instrumentum, factum, vel sunt signa rerum et haec
seu Antecedentia Talia sunt consilium, invidia
cupiditudo minae & seu coniuncta cum ipsa re seu
etiam consequentia ad rem,

Adiuncta personalium sunt illa quae personis tribuuntur et sunt triplicia 1mo Antecedentia personam et locus nativitatis, Parentes, Avi, Genus, Stemmata etc.
2do Coniuncta cum persona, eaque iuxta triplicem divisionem bonorum quae sunt fortunae naturae, et animi.
Bona fortunae sunt locus Nativitatis, Parentes, genus, Avi, Proavi, Stemmata, honores gesti, ab Parentibus et ab illo ipso. Item affinitates, uxores, etc. Item educatio, institutio, Nomen.
Bona naturae sunt Aetas, forma, valetudo.
Bona animi sunt Virtutes, vitia, scientia, stultitia, temeritas.
3tio. Adiuncta sequentia seu quae post mortem sequuntur, ut pompa funebris, dolor, luctus, honores mortuo decreti quemadmodum Tullius, v.g. pro honoribus Servio Sulpicio in legationem mortem obeunti decernendi 9na Philippica peroravit.
Adiuncta haec omnia continentur hoc monosticho.
Quis quid ubi quibus auxiliis cur quomodo quando.
Argumentum ex hoc loco est locupletissimum in omni materia valet enim ad laudandum vituperandum probandum describendum suadendum dissuadendum accusandum defendendum. Nam quo plus circumstantiarum aliquis collegerit eo plus materiae et copiae ad dicendum habet Verbo utebimur isto loco ad locupletandum seu amplificandum Orationem affectusque movendos

§ XII

Continens fusiorem monosticho hoc
Quis quid ubi quibus auxiliis cur quomodo quando
Contentorum adiunctorum explicationem
Quis Annum hoc adiunctum indicat personam

ipsam quo facinus aliquod edidit. et in persona
extendenda sit non nulla ipsi convenientia quae id
circo appellantur adjuncta de quibus praeterito para
grapho meminimus. Sunt autem haec. Nomen
natura, Educatio fortuna, habitus, affectio, Consi
lium, facta, dicta,

Nomen in Nomine considerandum an fuerit divi
nitus impositum an a Parentibus acceptum qui pali
laude floruerit Anidem nomen, aliae personae gerentes
simile decus consecutae vide ea omnia quae dicta
sunt hoc paragrapho: 1mo de loco ab Etymologia

Natura Per hanc intelliguntur Parentes, Patria
Nomen familiae cognatae sexus, aetas, conditio cor
poris ut pulchritudo robur &c Item dotes animi
virtutesque et vitia. Perpendendum autem 1mo an
parentes fuerint nobiles et exemplo praeluxerint. si
autem fuerint ignobiles et genus obscurum, dices gra
tulandum esse quod ille generi suo plurimus claritatis de
derit 2do an eiusdem nationis ac loci homines
extiterint palam adepti laudem 3tio an aetati vires
id facinus quod laudamus exaudarunt 4to an sexui conve
niat, an illum etiam vincat 5to an conditioni respon
deat 6to sit ne ille qui facinus edidit robustus an imbe
cillis forma decorus et firma valetudine. An sexus
7mo An ingenio valeat, an indolem sortitus sit
praeclaram et liberalem 8vo an multis virtutibus
praestet et quibus.

Educatio haec suggerit examinanda 1mo educatus
ne fuerit honeste loco, urbe celebri, apud homines probos
an e contra. 2do qua ratione educatus, qua diligen
tia quanta cura, quibus moderatoribus usus et quam
prudentibus quos audierit praeceptores quam eruditos
et pios, quos amicos et familiares habuerit.

3tio quibus ~~abitibus et~~ artibus imbutus quibus disciplinis dederit operam et quo fructu quibus denique in rebus sit instructus

Fortuna fuerit ne fortuna usus prospera an adversa sit ne dives clarus potens, felix honoratusque an non! et quopacto se gerat in ea vitae conditione qua utitur.

Habitus habitus secundum Tullium definitur! est animi aut corporis constans et absoluta aliqua in re perfectio quae virtutis aut artis perceptio alicuius, aut quovis scientia vel industria comparantur! Talis ergo habitus indagandum proponit quibus scientiis quibus virtutibus sit ornatus is de quo agimus.

Affectio Affectio ab eodem Tullio definitur: Est animi et corporis ex tempore aliqua de causa commutatio. ut laetitia dolor, molestia, cupiditas, morbus, debilitas. Affectio igitur suppeditat laudis argumentum, si ostendes eum qui laudatur non pareri suis cupiditatibus sed moderationem in omni vita adhibere, sic: nihil faciat invitus, nihil dolens, nihil coactus: eum quem non impellat amor, non abducat odium, non deiciat timor, laetitiam non efferat, moeror non conficiat, labor non frangat, voluptas non molliat,

Consilium si demonstrabitur eum, cuius factum aliquod celebratur, non casu non impulsu alieno, non eo arte sed sponte, ac consulto, deliberataque opera id egisse

Facta recensenda erunt quae fuerint ab illa persona proclare gesta, et quae non fecit et quae olim facturus est, illaque omnia minora expedies, facinore illo quod celebras,

Dicta qui eius sermones esse soleant et quales de quibus habuerit orationes quos libros ediderit, quid literis mandavit, quae de illis opinio sit et ~~existimatio~~

Quid

Particula haec explicandum esse volo quid et quale sit illud quod praedicare constituimus. 1mo sit ne illa res honesta, et rationi congrua, 2do sit ne necessaria et imperata a Deo ab hominibus et adeo, ut, ut non possit omitti sine gravi damno aut dedecore et in ea versatur incolumitas honor et salus. Non unius tantum sed plurimorum aut totius Reip. an e contra in arbitrio posita, 3tio sit ne utilis et iucunda et cui et quam utilitatem voluptatemque afferat, brevem ne tantum et caducam an vero perennem et aeternam. An multa alia bona secum invehat et quae illa sint. quantus inde hostibus metus, et malis maeror, quantum bonis emolumentum et oblectamentum, quantum Patriae ac Parentibus decus et gaudium, quanta superis laetitia, quanta ipsi Deo laus, et gloria evenire soleat, 4to sit ne excellens et magno in pretio habita aut sapientes rerum aestimatores tam comparari ei possit illa res alia, et an caeterarum omnium partium dignitatem ac decus, in se una complectatur. 5to sit ne difficilis totaque septa laboribus ac periculis, ut vix fieri posse credatur.
6to sit ne rara et inusitata aut etiam sine exemplo quam multi ante magna contentione ambierint frustraque conati sint efficere, futura ne sit et in posterum minus rara quod tali virtutis heroicae provocati exemplo posteri, nec edocti solum sed animati etiam et inflammati similia facinora generoso animo tali et aggressuri sint.

Ubi

Haec particula significat id indagandum, quo in loco peractum illud sit quod praedicatur, ad eius enim commendationem plurimum conducet si difficili

gestum fuerit in quo nemo antea illud potuerit praestare. Item, sit ne ille locus sacer an profanus. Item an ille locus aliquo plus ceteris abundet. Nam non omnis fert omnia tellus. hic brevius aliqua ex Sidonio accipe;

— — — fert Indus ebur Chaldeus amomum
Assirius gemmas, ser vellera tura sabeus.
Attica mel Phaenix palmas, Lacedemon olivam
Argos equos epyrus equas pecuaria Itali.
Arma chalibs frumenta libes campanque Bachum
Aurum ligus arabs guttas Panchaia mirram

Claudianus aliter respondet

Namque aliae gentes quas foedere Roma recepit.
Aut armis domuit, varios aptantur in usus
Imperii; fulvis gentes et punica messis
Castrorum devota cibo dat Gallia robur
Militis; illiricis sudant, equitatibus alae.
Sola aurum, Lacius vectigal Iberia rebus
Contulit

Item gentium mores sciendi sunt sub diverso clymate posita[rum], Nam geographi tellurem orbem in clymata partiti varijs subiecta planetis adque hinc diversitas ingeniorum

Primum Clyma quod per Meroem Nili insulam protenditur subest Saturno, sub quo qui degent nigri, barbari, rudes, suspicaces, et proditores putantur.

Secundum Clyma Iovi debuit transitque per Sgenem Aegipti civitatem; sub hoc Clymate qui degunt Religiosi, Graves, honesti Prudentes habentur.

Qui sub tertio Clymate quod subiicitur marti et per Alexandriam porrigitur inquieti et bellaces

Qua sub 4to quod subiacet soli et per Iasalam Rodum ac mediam Graeciam extendit, literati, eloquentes Dieta et ad omnes artes idonei censentur.
Qui sub 5to quod Romam pertransit ac Italiam ab Allobrogibus dividit, tribusque veneti esse Deliciosi Musica ac Lectitiae dediti putantur.
Qui sub 6to ubi dominatur mercurius et transit per Franciam, scientiis dediti Idemque mutabiles existimantur.
Qui sub 7mo quod sub Luna subiacent et sese per Germaniam Belgium et Angliam polligunt, flegmatici convivatorum amantes Item mercaturae et piscationi addicti addicti censentur. Sed
Adverte quod ex sola causa non omnes nec semper afficit equaliter. Sicut quoad corpora, ita quoad animum. Sane in Ethiophia sol corpora adurit et nigra fuligine tingit ad in Brasilia quae eandem habet latitudinem candida et saeri temperatque.
Septentrionales qui a sole remotiores frigida loca incolunt sanguinei sunt robusti et animosi; Unde semper fere nationibus meridionalibus dominati sunt ut assirii Chaldeis, Medi assiriis, parthi Graecis, Iulia Alabibus, Gotti Germanis, Romani afris.
Adverte 2do quod totus orbis dividitur in quatuor ubi seu in quatuor partes, scilicet in Asiam, Africam, Americam et Europam, has partes orbis pales inbive ritas negat. Nam
Asia terris praefelt ac uberes tellas ferens hic enim Solis cunabula, his gangis aureus tollens, hic felix Arabia et Sobrina Regnum, nec arctat locus felicitas quin in immensum abeat. Perdidere Gazam Auream Chersonesum et optima tellarum... Asia felix omnino, nisi maiore sui parte. Adhuc

barbariem ferret ac iugum Plaute

Africam monstra, infamant, bella dedecorant, ibi Cartago emula Romae ibi Numantia, cui superesse tantum fuisse; nam ex tanta nullam Scipio fecit, cum ex Africa nomen traheret. Siculis tulerat terra punica bella dicenti et Annibalem sat fuerit nomasse quem Roma timuit. Datum est timuisse, cum ab illo ultimam cladem accepit. Fuit tamen serenae Africam terris alijs commottam, nec crudela sinunt, nec favet cruda barbaries et si illam crudierit olim Cyprians illustraverit Augustinus

Americam nemo noverat nisi deperi per Columbus nam Oceanus claustrum opposuerat ne quis adiret, de nec perfretum Magellanicum pateret additus; tunc demum patuit novus Orbis nec minor quam alia tres Orbis partes, foeda et ibi barbaries et quam vix a feris secerneres, corpore mens conspecta. Ferarum singulos crem superarunt ob quia ibi in macello et mensa humanae carnes: quod ibi rigescere culina pudeat si idem illam et gentem cum nostrate conferam: sic sane nova dat vetustas nostra potior, sic melior.

Europam omnino gemma Orbis hanc et Orbis adolet vel Roma sufficit, nata haec ad terrarum Imperio! quod iam antea late protulit, nec pudeat orbem per vere Romae; Opum in ea, quantum ad maiestatem affatim, imo et in luxum abundant. Exculta ratio, Omnis urbanitas, belli exercita ingenia; nil effeceriunt nil perfracti moris. Scientiae divinae humanaeque, illi sedem fixerunt adeoque nullibi cum Athenae extra Europam: et totidem, quot universitates litterariae et bonae mentis palestrae: ibidem Desiderium plenae et summae notitiae, sexus aeternorum amor, sacra si ipsiam Delirium est. numo gestuumque religio;

si confessas, Hæreses alicubi: sed eæ contemnuntur:
nec ubibi hic extat, nisi ubi sine capite Ecclesia vivit.
Denique Roma Imperium sacrorum ubique obtinet et quatuor
orbis partes, unico Romano Pontifici in sacris parent.
adeoque Europa docet omnia uni parere. Orbis universi
Principi Deo.
Habes in communi recensitas, locorum communium
telluris proprietates, expediret in particulari quorundam
locorum ut Insularum, Provinciarum, Regnorum, fontium
montium & recensere singularia sed tanta immensi-
tas non hoc valet tempore. neque hac alteri paginæ.
Deus adhuc quod et Deus ter optimus maximusque habet suum
attributum ubi, sed tale quod est omni loco mundoque ma-
jus, omnia enim Deus continet omnia penetrat
et ubique est: nihilque tam exile quod Deum fugiat ni-
hil adeo vastum quod non impleat Deus. Et hæc suffi-
ciant de hac circumstantia ubi.

Quibus auxiliis

Per hanc intelligendum particulam fuerit ne aliquis
adjutus ab aliis, an solus quid peregerit. Habeatne comi-
tes ac socios, gloriæ adeptæ an nullos! quod si ha-
buerit aliquos, quantum præ illis eminuerit, ejus ardor
et virtus, quam facile palmam omnibus præripuerit.
Seu per hanc particulam indicant præsidia vires
adjuvantes corporis et fortunæ bona. Item instru-
menta animata ut amici milites servi et inani-
mata ut sunt gladius, thorax, hasta, cassis, anno-
na, naves, pecunia.

Cur

Hic explicatur finis quem sibi aliquis proposuit
quam honestus, quam gloriosus, quam illustris, quam
utilis illi meret ipsi, tunc Patriæ Ecclesiæ, amicis
civibus, adeo ut præstantior finis nullus exco-
gitari potuerit.

Quomodo

Laudis materia probet hoc adiunctum si res peracta sit novo et insperato modo ingenioso, difficili, incredibili omnium admirationi, qui non nisi a magno viro ma gnaq virtute adhiberi et aperiri potuit. Hoc tamen adjunctum communiter breviter explicat ut per adverbia, per ablativos modi, per compilationes, per similitudines aliqdo latius etiam explicat

Quando

Per hanc circumstantiam ostendendum erit qm opportune et suo tempore facinus aliquod promotum perpetuumq sit, quamq feliciter perductum fuerit ad optatum finem et si difficillimum esset tempus; et quam etiam necessarium, tali ac tempore fieret, si nullo alio tam bene aut tam facile fieri potuisse demonstretur.

Sciendum 1mo tempus esse triplex praesens praeteritum et futurum.

Sciendum 2do quod omne tempus sit adhuc triplex 1mum Antecedens personam aliquam, vel factum dictumq illius

2dum coniunctum cum persona vel facto dictoq

3tium consequens post personae obitum vel post facti consumationem, pro intellectione huius vide.

§ 14

Sciendum 3tio ad tempus referri, quidquid aeternum non est. Tempore namq metimur quae finem durandi timent nec evadunt. fama nominis aeternum quiddam putatur, sed non est. Nam etsi duret aliquamdiu, quum oblivio tandem desinit per tempus.

Adverte quod 2dum Philonem virtus adest tempore et est his omnibus temporibus accomodari

aliquando possit accipere eruditionem.

2ndo Temporis Hieroglyphicum, tum Stella. quia nihil sit statam temporum legem observet, ut sydera, tum Saturnus veterum Numen. Hic allatus falcem gerit quod tempus sensim succidat omnia, et non redditurum avolet, iuxta illud Nasonis

Labitur occulte, falletque volubilis aetas.
Et fugiunt freno non remorante dies.

Annuum vertex per Janum et Apollinem designabant. Sed Virgilius, per Liberum et Cererem fundum inquit

— — — ‿ ‿ — — — ‿ ‿ vos o clarissima mundi;
Lumina, labentem coelo quae ducitis annum.
Liber et Alma Ceres, — — ‿ — — ‿ — ‿ ‿ — —

3tio multa alia praeter volubilitatem, tempori tribuuntur attributa, utque tempus edax rerum, Item
Quid non longa dies quid non consumitis anni
Item Tabida consumit ferrum lapidesque vetustas
Item Lentescunt tempore curae. Item Temporibus medicina valet, Item Tempus medetur molestiis et longa dies consumit dolorem, Item Veritatem dies aperit Item Tempus diminuit luctus moestasque corda levat. Item Tempus facit eburneas leves Senecae effato Item Damnosa quid non imminuit dies Venusini vatis oraculo, &c

4tio Pretium temporis nos possemus attributum hoc inculcant sapientum monita, ex his prodeat primo Senecae illud.

Temporis unius honesta avaritia est
Item illud Item mihi dabis qui pretium ponat tempori.
Theophrastus Illud Divina nihil temporis impendio pretiosius nihil iactura gravius. Tempe haec reparata si sola nequit.

9 9

Hinc illud Damna fleo rerum, sed plus fleo damna dierum
Res potest rebus succurrere, nemo diebus.
Refero quosdam tempore abusos. Domicianus quotidie stylo ferreo muscas in Palatio confixit de quo illud
Vicit muscas hostis hostibus musca.
Harragus Hircaniæ Rex talpas capiebat. Eropus Macedonum Princeps, laternis conficiendis applebatur, Lydus Rex filo ranas innectebat.
Ptolomæus omnium opificum tabernas ambulabat, sed contra veterum factos nova in dies exempla quilibet profert etas. Vel inter studiosorum, quibus nullum tempus otio [illegible], per [illegible] gna affluit. Rarus dolet diem perdidit, imo annos omnes.
4or Anni partes suis insignibus depinguuntur veris insigne fiscella floribus referta, Æstatis spicarum manipulus, Authumni Cornucopia uvis pomisque referta Hyemis mensa convivantium ad focum. Partes anni Distichon illud complectendet
Vere prius flores, æstu numerabis aristas.
Poma per authumnum frigoribus nives.
Vel illud Poma dat authumnus, formosa est messibus æstas
Ver præbet flores, igne levatur Hyems
Hinc refer, aurea ferrea secula de quibus vide metamor phoseos ovidii.
Hinc refer et menses, nam singuli eorum sacri erant apud Romanos suis Numinibus. Ita Januarius Junoni, Februarius Neptuno, Minervæ Martius et Aprilis, Maius Veneri Appolini Junius, Mercurius Julius Jovi Augustus Cereri et Vulcano, September Baucho, 8ber, November Marti, Dianæ December vide apud Alexandrum ab Alexandro. Apud quem invenies etiam nomina alia mensibus imposita. Ut Septembris et Junius Germanicus dicti à Caesare Germanico October Domicianus, Aprilis Nerva, Majus Claudius, Augustus et Julius

Zodiacum Coelestem sortiti nomina, hac et alij circumstantias mensium refer. ex Signis Zodi aci iuxta illud Distichon

Sunt aries taurus, gemini, Cancer, leo virgo
Libraq. scorpius arcitenens, capri amphora, pisces
Hoc est. Aries respondet Martio Taurus Aprili
Gemini Martio &c

Huc refer et alias circumstantias mensium quod scilicet, alius mensis ut cancer, qui respondet Junio a solstitio diem praecipitat, noctem et te nebras in dies auget, Autolam accendit radiis Hesperum citius. malignus mensis ut qui lucem suis diebus invideat, &c. Item. Iquod Julio et Au gusto habet dedecus, quod minus diuturna lucis spatia obtineat quo terras exurunt, exsiccant flumina. Non tella Phaetontis cum Leonem et Sirium in hoc Ira tellurem flammis sevire iubent, et sic de alijs mensibus, excepto decembri quem ob Divina intellis cunabula a Principatu nefas removere, etsi Januarius calendis tantum suis illustris non dignitate praest reliquis, sed ordi ne et tempore, &c

Huc refer veterem tempore Romae patrinonem
Redeshac Poeta.

Arma salutantes, atq. altera semet habas
Exercet vacuos tertia causidicos
In quartam varios extendit Roma labores,
Sexta quies lassis, septima finis erit.
Sufficit in nonam nitidis octava palaestris
Imperat extructos frangere nona tholos
Huc refer circumstantiam horae cuiuscunque de quasipsins Romanis diximus ordo, magna pars vitae nobis effluget perperam agentibus, maior nihil agentibus, maxima aliud agentibus. &c cur aliud quam expediat vel rationi vitae congruat

Concludo hanc particulam quo horologio, quod non necesso Romano Antistiti obtulit. Semina ubiq[ue] inferio pteri semper primi nunquam attrona id est hora vobis, vestraeq[ue] felicitati sonet semper praesens consona; nec unquam felicia finem apud vos inveniat votum. Professorale est, et hoc sufficiat de circumstantiis

§ XVI

De Loco a Comparatione

Locus a comparatione est cum duo vel plura in aliquo quod sit eis commune, comparantur v. g. illustriorem quoque palmam meretur fuga quam pugna. Fuga et pugna comparantur in palma quae utrique aliquid commune est.

Comparatio est triplex a maiori, a minori, a pari.

Comparatio a maiori est quod in comparatione aliquorum adhibetur haec particula multo minus v. g. quinque millia non praevaluerunt adversus impetum hostilem multo minus duo potuerint, maior quippe difficultas est hostem fugare a duobus quam a quinque millibus

Comparatio a minori est cum in comparatione aliquorum adjungitur particula multo magis v. g. Vili honores litera gloriam pariunt, multo magis nobilem illustrem reddent.

Comparatio a pari est, cum in comparatione adhibetur haec particula pariter, aeque, &c v. g. Multo studio et vigilantia Demosthenes, Tullius, caeterique eloquentiae Principes evaserunt, iisdem pariter studiorum et vigilarum gradibus ~~tot~~ te ad hoc eloquentiae nomen conscendere oportet.

Adverte has particulas multo minus multo magis pariter de posse poni et aperte, et occulte duntaxat, in sensu subintelligi quod ~~et~~ fit frequentius

et hac sufficiant de locis intrinsecis 74

§ XII

De Loco a Praeiudiciis

Locus a praeiudiciis est cum affertur exemplum iudicatuSis ut sequantur illud. Seu cum ostendit Orator, id, quod contendit, fieri debere, vel quia in similibus causis aut rebus ad eandem causam pertinentibus similiter iudicia, iam lata sint, vel quia illud ipsum iudicium quod fieri poscit, iam est ab ipsdem, aut ab aliis iudicibus pronunciatum, simi

Adverte 1mo qd communiter loquendo iste locus videatur servire soli generi Iudiciali

Adverte 2do quod intelligibiliter loquendo iste locus omnibus tribus generibus inservit. nam omne exemplum, seu ut vulgo Oratores appellant, expolitio vel exornatio ab exemplis huius loci esse videtur exemplum enim Praeiudicium ac praenunciationem merito appellari potest etenim, quemadmodum in genere Iudiciali propter similitudinem causae et criminum iudicandorum. exemplum prius lapsi decreti affertur iudicaturis ut sequantur illud Ita in genere laudativo vel Deliberativo simile exemplum vel Historia et quodpiam aliud de genere rerum olim gestarum afferatur propter evincendum animum auditoris ut auditor assentiat dictis Oratoris.

Ex. in genere Iudiciali Cic. in Catilinaria aut ad mortem Catilina iussu Consulis iam pridem duci oportebat Ubi persuadet a praeiudiciis Catilinam occidendum esse qd multo cives seditiosi Cives Senatus consulto ad mortem fuerant destinati

Aliter ex. in genere Deliberativo volendo persuadere artem Rhetoricam discendam quia parit gloriam Congeret multas eruditiones de Oratoribus qui propter artem Rhetoricam gloria et opes ceperint ex dictis

Infer quod huc spectant historiæ tam veteres qm novæ
usus ritus a consuetudine veterum Apologi fictiones
fabulæ Poetarum, Symbola emblemata hieroglyfica
Nota. ut hoc loco bene utaris et scienter, vide supra lib.
ms Caput ultimum. paragraphum 9. de modis ornan-
di elocutionem

§ XVIII

De Loco a fama seu rumoribus

Locus a fama seu rumoribus est cum ex communi homi-
num sermone aliquid esse ostendimus. Nihilominus
Adverte. hunc locum non tantopere fortem esse ad affir-
mandum vel negandum: cum et ipse Tullius pro Planco
14 dicat ubi illud unum vos magnopere oro atque obse-
cro cum huius quem defendo tum communis periculi
causa ne fictis auditionibus ac disseminato disperso que
sermoni fortunas innocentium subiiciendas putetis
Nota locum istum in laudes atque securitate felicita-
tis valere, ad vituperia, imploperia, necnon ea omnia
quæ discrimen sapiunt. quemadmodum superiora illius
cavendum est atque duntaxat utendum unicuique
ut illius (sicut Tullius pro Marco Mar. inquit) gloria
sit illustris ac pervagata multorum et magnorum
vel in suos cives vel in omne genus hominum fama
meritorum

§ XIX

De Loco a Tormentis

Locus a tormentis cum percruciatus ab ipso reo
vel a complicibus illius rei veritatem expressam affir-
mamus vel negamus.

Dixi Affirmamus nam Tullius in Topicis num. 40
inquit. facit necessitas fidem nam verberibus

desatiguti igne tosti; quod dicunt. ipsa veritas videt dicere.
Dixi negamus Nam idem Tullius in oratione pro Sulla ait tormenta gubernat dolor, moderatur natura, libido corrumpit, spes infirmat.
Nota plurima esse tormenta quibus veritas possit extorqueri.
Imum locum tenet semper necessitas, et haec etsi muta sit, efficax tamen ad persuadendum orator, cogit enim et obtorto veluti collo trahit nolentem, videntur necessitati ingenii cog mentem redit, ut vel si iugum nolit ferat, Tacitus enim libertatis vindex est, silius orator coactio est. Ineluctabiliter nempe agit omnis violentia, quod non evaditur, nisi eundo quo vi, praecipitat
Edum locum habet fames et sitis, proxime enim sunt hae necessitati et licet fames male suada dicatur ubi tamen rostra conscendit etiam incepto, turpe exitu persuadet, sic et frontem deterit. ac praepostere addiscit dum venter latrat potius quam perorat. Suasit hic orator etiam quae barbaries horret nec ferocitas belluarum ferat. Nam in alimenta saepe parentibus iusse pignora et culinam foedari liberorum cruor
Sitis equidem siccus orator sed gravior quam ut animi sub pondere non fatiscant lingua et palato coloquatur quod ubi semel accedit, tormentum est illius oratio; pro quo Ethnelis incendia non magis horreas. Nec vilium, tunc quidquam saepius gerit. alius incerta virtus. hic sine limphis pene limphaticam quod ut incendium hoc restinguat effundit errarium et aquis pretium facit.
3tium locum tenent verbera Catastae equulei.

Dederissent isti Oratores sed nati ad persuadendum male enim ubidem Orator idem qui tortor idem Tullius qui fallacias, nec aliam vocem exprimit quam gemitum
Audire quidem cogelis, dum tibi in fidiculis canit. sed libi qui animo necesse est dum tibi crus in nervo. Prodigia Virtutis nec spera nisi per prodigia alioquin foeda etiam persuadet in equuleo animi imbecillitas. Quod si dubat aliquo in casu Virtus, mora tandem expugnatur, nec placet diu fortem fuisse. 6.
4tum locum tenet inopia; nam non semper verbere aut fatalide opus est ut inpessima producas. Minor adversorum Ilias, idem persuadet Juvenimi sola rerum penuria multos non perfidit. hinc Autolecythorum familia, ac plures Plagiarii hinc noctium famam temerarunt fulia, dias funestalunt Latrocinia, quibus potius inopiae levamen visum, quam honesti ratio aut fama integritas &
5tum locum obtinet aurum et dona tormentis est cordis et animi quoties pretium peroilat, seu ut Orator Polonus inquit: Dane y niecnetney ręce podarunki serce wiezą y swiewolą zabieraią hinc Olymphus Urbs tam diu infracta fuit quam diu sine argento Philippi hos ut aderet. Coepere maniam nec graviores ulla unquam fuerunt Philipica, Item Romam esse venalem Jugurtam cum non inaccessam donis edixit &
6to in loco tormentorum ponerem beneficia nisi hoc infelicia scirem quod si spargantur in ingratos: benefactis enim plurimi eternis ceu flabris tepescunt, tam diu grati quam diu recentia
7mum obtinet locum forma corporis, etiam

enim Rustica odit grati taciti pectoris tortor e[...] 76
Nemo enim est cui pulchra displiceant, ubi vene
rint in oculos, ibi sine plausu ubi caecum repe
riunt spectatorem.
Quem obtinent locum exempla. Nihil enim tam
arduum quod exempla non tam suadeant quam
imperant. Nemo proinde tam facile virtutem ac
vitium exsit quam si facinora pro imperio gesta
sint pro exemplo, Melius jubet qui facit. In facto
nempe, authoritas Virtutis imo et Sceleris placet
ac utrobiq se parem probare satagit quisquis agentem
videt. Nihil inausum, post audaciam praeeuntis
Viluctq difficultas, si effractam a quopiam viderit.
Primus enim tantum ausibus duce opus, hinc non grave
Virtutis experimentum est cum pope fieri quid didicit
exemplo, imo nec improbum esse pudet cum non solus
hanc labem. Post exempla fellis etiam sic periculis
ademptus terror, quod ea quis te corpus contempserit.
Audes ergo quia non nemo ausus; audacia et pateris
quod aliis dulce pati; tam doli quippe afferrent ardua
quam diu nullius contemptu viluerunt. Alioquin post
Duces in aspecta amantur pericula, ut post Sce
volam ardentes foci rideantur.
quem obtinent locum plena omnia tormentorum
quia et Oratorum. Machina scilicet Universi
Divinus Orator, et noster tortor est. Extorquere
enim satagit ab unoquoq nostrum amorem
Dei, praeceptorumq Divinorum observantiam
fatente id hiponensi Antistite omnia mihi clamant
Deus meus ut amem te. Ego addo et tortor nemo
obsurdescat
Ex dictis hactenus paragraphi istius facile colliget
Orator, quando in omni genere causarum.

popit unis loco a tormentis

§ XX

De Loco a Tabulis

Locus a tabulis est, cum id de quo agitur in publicas tabulas relatum esse, adeoque pro indubitato haberi demonstramus.

Nota quod communiter tabula est asser in usum aliquem concinnatus, cuiusmodi sunt, in quibus aut pingimus aut scribimus.

Nota etiam quod tabulae apud Romanos dicebantur codicilli, ex ligno cera obducto in quibus olim testamenta actaque publica scribebantur, sic et leges fuerunt in duodecim tabulas redactae fuerunt. Unde etiam hodie quamvis mutata re tabulas accipimus pro quibuscunque publicis scripturis. hinc

Refer ad tabulas quodque potes rationem legis vel publici praescripti vigorem habere, qualia sunt pacta foedera induciae, edicta gentium, contractus, codicilli et alia ejusdem generis.

§ XXI

De Loco a Jurejurando

Locus a Jurejurando est cum in defectu probationum ad Divini numinis contestationem confugimus.

Scias quod teste Cicerone nullum vinculum ad stringendam fidem jurejurando arctius majores esse voluerunt. Patet hoc et in Alexandro qui cum statuisset Lampsacum diruere, ad id tendenti cum Anaximenes obviam veniret extra muros deprecaturus sua civitatis perniciem. Alexander suspicans, quid esse petiturus juro inquit me non facturum quod esset petiturus Anaximenes tum Anaximenes peto inquit ad Lampsacum diruas. Captus erat

Alexander et jureiurando compulsus et servare quod demoliri statuerat, Item dicto et Pericles amico roganti ut pro se falsum diceret testimonium, cui adjunctum erat jusiurandum, hoc est periurium respondet sequidem amicum esse sed usque ad aras.
Huc refer omnia iuramenta, et ea ad quæ pro iuramento bona fide obligamur: Qualia sunt fœderci gentium contractus mutui quoq[ue] non videret excludi: sapient enim perce[...] mala fidei non seruati; Item iuramenta Principum super pactis conjuetis suorum Civium subiectorum. Item iuramenta Senatorum Consiliariorum Sacramentum militare, et Clandumq[ue] est ut jureiurando obstrictus semper possit dese [...]ctare haud ego perfidum dixi sacramentum.
Nota quod veteres interdum metu pejerandi Deorum numina omittebant
Nota Ecdo pro diversitate gentium diversos modos fuisse iurandi. Diodorus ait quod apud Thebas Aegyptios (quæ urbs sanctissima est omnium), maxime habet iuramentum per Osiridem in Philippum; Orpheus omnibus eide permisit per numina octo sc. per Ignem aquam, Terram, Cœlum, Lunam, Solem Phanem, et Noctem; Sophocles per Laterjas, hoc est Castorem et Pollucem, Persæ per Mythram, hoc est solem Lacones per Spartharos et Argivos Deos iurabat.
Plutarchus refert quod numina maximum juramentum Romanis statuet Fron. Alia gentes aliter iurabant Christus Deus ipse Christianos monet, ne iuret neq[ue] per Cœlum neq[ue] per tellum, nihilominus mos obtinuit jurandi fieri per vulnera Crucifixi Salvatoris et per S. Evangelium.
Nota Ite nunquam periurium inultum fuisse Apud Indos de periurio vincti manuum pedumq[ue] digitis extremis apud alias vero gentes pœna periurii erat infamia vel exilium ut habetur in duodecim tabulis Romanorum

Quam vero Deus Justus Judex vindicet perjuriam etiam domestica docent exempla in Vladislao Jagiellonide Rege Poloniæ et Hungariæ, qui solius perjurii ad Varnam cum tota Christianitatis victoriæ spe pœnas dedit. Vide Patriam Historiam

§ XXII

De Loco a Testibus

Locus a testibus est cum ad aliquid confirmandum adducimus testes, quorum fides et authoritas non est suspecta, qui rem tanquam sibi notam vere testentur.

Nota testimonium est duplex Divinum et humanum.

Divinum testimonium est quod a Deo proficiscitur et talia apud Christianos testimonia sunt Sacræ Litteræ Authoritas Ecclesiæ.

Apud Ethnicos vero fuerunt Oracula, Auguria, Auspicia, Vaticinia, vel responsa haruspicum, Sacerdotum, conjectorum, &c.

Testimonium humanum est, quod proficiscitur ab hominibus et est multiplex.

Primum quod est a voluntate Regum et Principum quale est vel maxime in legibus Statis vel imperatis vel interpretatis.

2dum quod est ab Authoritate virorum non ignorantium rem aliquam sic se habere.

3tium quod est a Ratione libera, quale est aliquibus præjudiciis, constitutionibus, statutis, et reliquis aliis quæ habere aliquis suscepit observanda.

4tum a Ratione expressa vi tormentorum, de quo vide paragraphum 19 hic supra.

5tum quod est ab Authoritate virorum eruditorum, in monumentis suis et scriptis servientia confirmandi aliquam rem vel infirmandi habentium dogmata, qualia sunt Sententiæ apophthegmata, Symbola &

Advertat Judex quales testes admittere debeat nam ex Isidoro de summo bono Libro 3tio

Testis falsidicus tribus est personis obnoxius primum DEO quem perjurando contemnit, consequenter judici quem mentiendo fallit. postremo innocenti quem falso testimonio lædit.

Adverte 2do quod etiam Orator in sua causa sit Judex, judicare enim debet cujus viri authoritatem in testimonium pro confirmanda sua propositione adducat Unde sumere debet ex classicis et approbatis scriptoribus illisque vel Historicis vel Philosophis vel Oratoribus vel Poetis. et nihil invertendo, mutando transponendo sed genuine quo ad verba et sensum asserendo:

Nota quod Orator non abhorret etiam a testimonio ex sacris literis petito

Adverte 3tio periculosum esse testimonium a fama publica, Expertus hoc Sylus quidam testis contra Personem, cui Crassus aderat. cum Sylus protulisset crimen quod de reo eum dictum audisse diceret. potest fieri, Syle, inquit Crassus, ut is unde te audisse dicis, iratus dixerit! Annuit Sylus. Potest etiam inquit Crassus, fieri, ut tu Syle non recte intellexeris: cum id quoque toto capite annuisset Sylus ut se Crasso daret. subjecit Crassus, potest etiam fieri o Syle, ut omnino quod te audisse dicis, nunquam audieris, Hoc adeo præter expectationem populus accepit. et Sylum testem risu effusissimo obruit vide Erasmum Lib: 6to in Apophthegmatis et hæc sufficiant de locis externis ac simul omnibus

CAPUT 3tium
De Argumentationibus.

Postquam tractavimus locos ex quibus sumuntur argumenta consequens est, ut tractemus de Argumentationibus quæ sit forma quædam, ac modus explicandi evolvendique argumenta. Tractabimus autem de singulis per suos paragraphos, quantum intellectus patiens et angustia temporis.

§ I

De definitione et Divisione Argumentationum

Argumentatio communiter definitur est fusior Argumenti artificiosaq explicatio

Argumentatio dividitur dupliciter in Modum et in formam,

Modus est per quem argumentum ex locis Rethoricis eductum, in certa quadam Argumentationis specie collocamq Et tales modi Argumentationum numerantur 10

1mus Sillogismus, 2dus Enthymema, 3tius Inductio, 4tus Exemplum 5tus Violatio. 6tus Sorites, 7mus Dilemma 8vus Subiectio 9nus Enumeratio. 10 Epichirema.

Forma est per quem iam argumentum in certa quadam specie, argumentationis collocatum in suas partes redimus atq disponimq idq Naturaliter vel Artificialiter

Quid sit Naturalis, quid Artificialis dispositio vide supra Libri 1mi; 6 Cap. 1mi Paragrapho

Tales formae numerantur 4tuor. 1ma Forma Sillogistica. 2da Forma Collectionis Oratoriae, 3tia Forma Hermogenis. 4to Forma Aphtonii seu Chriae;

Primus hic agemus de modis per suos paragraphos postea de formis itidem per suos paragraphos;

§ II

De Sillogismo

Sillogismus Graece Latine Ratiocinatio est modus Argumentationis perfectissimus, tuis constans partibq certo ordine inter se connexis, Sunt autem partes hae tres, maior minor et ~~conclusio~~

Maior dicitur ideo quia est continens quoddam totum, pluribus accomodari potens tanqm genus suis speciebus
Minor dicitur quia unum tantum quodpiam assumit. sub maiori contentum tanqm speciem sub suo genere
Conclusio dicitur quia ex maiori et minori infert aliquid connexum cum illis cui necessario debeat auditor consentire. Vg in Exemplo. Ita
Maior Omne vitium est fugiendum
Minor Sed pigritia in studendo ē vitium
Conclusio Ergo pigritia in studendo ē fugienda

§ III
De Enthymema

Enthymema ē Sillogismus seu Ratiocinatio imperfecta et truncata constans duabg partibg hoc est vel majore et clusione Vg
Omne vitium est fugiendum Ergo et pigritia in studendo est fugienda. Vel constans minore et clusione Vg Pigritia in studendo est vitium Ergo Pigritia in studendo est fugienda.
Est advertere, quod cum in Enthymemate partes ipse due, diam qm in Sillogismo sortiuntur appellationem, itaqz sive maior sive minor ponatur primo loco vocatur Antecedens. Conclusio Autem que est secunda pars Enthymematis semper vocatur sequens

§ IV.
De Inductione

Inductio ē Argumentatio in qua ex multis particularibg unum infertur quippiam Universale seu Commune et genericum Vg

Prudentia justitia fortitudo temperantia cete
rae virtutes sunt laudandae; Ergo omnis vir
tus e laudanda;
Adverte quemadmodum in Enthymemate ita et in in
ductione quod primo ponitur dicitur antecedens
quod 2do dicitur sequens.
Adverte 2do Inductionem fieri multis modis. 1mo
cum enumeratis partibus infertur totum. vel negatis
negatur totum. 2do Cum enumeratis totis seu
speciebus infertur genus vel negatis negatur 3tio
Cum allatis multis similitudinibus inde progredi
mur ad inferendam nostram propositam rem eodem
modo se habere 4to Cum allatis pluribus nostram
rem in quo potest esse communis comparamus. et
sic de alijs locis dicendum. ex quibus potest inductio
summi

§ V
De Exemplo

Exemplum est inductio imperfecta in qua ex una
re simili singulari, altera res singularis affirman
da infertur v.g. ager ille optimus qui fertilissimus
Ergo et homo non qui natalium splendore, sed qui vir
tutis gloria praestat optimus habendus est
Nota pro exemplo posse poni similitudinem histo
riam symbolum et reliquam dian eruditionem
Nota 2do quod in exemplo quidquid ponitur primo loco
dicitur Prothasis quidquid ponitur 2do loco dicitur Apodosis
Nihilominus quandoque communem habent appella
tionem Antecedentis et Consequentis.

§ VI
De Violatione seu Inversione
Violatio seu inversio est Argumentatio in qua

rationem contra nos allatam in alium detorquemus tanquam nobis utilem illi adversam.
Violatio habet partes tres. 1ma dicitur propositio v.g. Turcae non sunt tollendi; 2da dicitur ratio. v.g. Quia Turca sancta terra sunt incolae. 3tia dicitur violatio seu inversio seu confutatio rationis cum ratione v.g. Imo vero ob id ipsum tollendi sunt quod terram sanctam pagani et fidei christianae hostes incollunt.
Adverte istam argumentationem vel maxime valere pro expediendo ut videre est.

§ VII
De Sorite

Sorites e argumentatio quaedam generis multas particulares acervatim evolvens et catenatim complectens, ex quarum singula veluti praecedente alia sequens infertur, et ex hac iterum veluti praecedente alia sequens donec usque perveniatur ad summum v.g. Contemptus bonarum artium parit inhumanitatem. inhumanitas turbat publicam tranquillitatem turbatio publicae tranquillitatis multa adfert mala. Ergo contemptus bonarum artium multa adfert mala.
Nota in sorite animadvertendum est ut singulae propositiones exacte expendantur, ne forte in illatione falsitas appareat, ut videre est v.g. in hac sorite qui bene bibit bene dormit qui bene dormit non peccat. qui non peccat est sanctus. Ergo qui bene bibit e sanctus

§ VIII
De Dilemmate

Dilemma est argumentatio syllogistica constans duabus partibus diversim sumptis sibi contrariis ad invicem, quarum utramlibet concedas, reme[illegible] v.g. Aut sunt implacabiles iracundiae aut placabiles

Si implacabiles sit Ergo est summa acerbitas si sit placabiles Ergo est summa lenitas

§ IX

De Subiectione

Subiectio est modus argumentationis per quem id quod a nobis quaeri potest ipsi interrogamus et respondemus

Subiectio habet partes tres Interrogationem Responsionem et Complexionem seu Illationem factam ex Interrogatione et Responsione simul collectam

Interrogatio Demostenes et Cicero unde evaserunt eloquentissimi. Ins

Responsio Arte Imitatione et Exercitatione Res

Complexio Ergo et quilibet vestrum ita evadere poterit eloquentissimus

Adverte Hanc argumentationem utile ad solvendas refutandasque obiectiones adversariorum si per Prolepsim expeditur quid sit Prolepsis vide interfigendas videns vide quid et Subiectio

§ X.

De Enumeratione

Enumeratio est in qua pluribus rebus sufficienter positis et ex his aliquibus infirmatis vel affirmatis aut unum necessario relinquitur, aut totum tollitur, Ex. Aut dormiebas aut garriebas insolescebas aut ab alio impedito ambulabas aut studebas ideoque absens ab oratorio fuisti Sed nec primum nec tertium nec ultimum. Inesset enim Rhan Ergo eius scilicet garriebas et insolescebas

Adverte istam Argumentationem esse perfectissimam et absolutissimam sufficientissima enim est ad probandum vel affirmandum vel econtra

Adverte 2do in hac Argumentatione tot debere esse enumerationes quot necessitas postulaverit. 81
Adverte 3tio hanc Argumentationem valde in omni Causarum genere. Siquidem utrisque possunt instrui sufficientes enumerationes, illaeque conferri inter se vel per relationem vel propositionem.

§ XI

De Epicheremate.

Epicherema est brevis sillogismus seu Ratiocinatio in qua omnes partes sillogismi in unam conferuntur ut in Oratione nostra, pro Deiotaro sine causa servus Dominum accusaret? Partes sillogismi sic subintelliguntur non debet servus sine causa Dominum accusare sed Filippus erat servus Deiotari Ergo non debuit Deiotarum accusare. Item pro Milone: quid enim odisset Milo Clodium segetem ac materiam suae gloriae? Sic: Nemo segetem ac materiam gloriae suae odit. Sed Clodius fuit seges ac materia gloriae Milonis Ergo Milo Clodium non odit.

§ XII

Haectenus de modis argumentationis sequitur tractatio formarum per quas isti modi disponuntur. et quidem primo sequitur disserendum:

De Forma Sillogistica

Forma sillogistica seu Ratiocinationis est per quam argumentatio aliqua suas partes dispositas, in speciem sillogismi sortitur et habet.
Forma sillogismi habet partes duplices, alias essentiales alias minus essentiales.
Partes Essentiales sunt quas nunquam omittere debet.
Partes minus essentiales sunt quae pro necessitate materiae solent, tumque beneplacito oratoris adhiberi vel omitti.
Partes Essentiales Formae sillogismi sunt tres

1ma Maior Prop. 2da Assumptio 3tia Complexio

Maior Prop. aliter dicitur Universalis in qua exponitur aliquid quod assumitur ad probandum. Vulgo tamen debet esse commune multis. v.g. Omne vitium est fugiendum.

Assumptio est in qua exponitur illa ipsa materia seu quaestio, vel subsumpta sub maiore de qua disceptandum erit v.g. sed Pigritia est vitium.

Complexio est (aliter dicitur illatio) quae complectitur, claudit breviter partes Argumentationis v.g. Ergo pigritia est fugienda.

Partes minus essentiales Formae syllogisticae sunt: Ratio maioris Propositionis, Ratio Assumptionis, Ratio Rationis utriusque vel alterutrius, Expolitio Rationis utriusque vel alterutrius

Ratio maioris propositionis est Ratio quae demonstrat id verum esse quod intendit maior prop., v.g. Quare vitium est fugiendum? Quia est turpe et perniciosum.

Ratio Assumptionis est Ratio, quae demonstrat verum esse, quod intendit assumptio. v.g. Quare pigritia est vitium? Quia rationi adversatur et innumera creat mala.

Ratio Rationis est etiam causa qua utimur complectanda et locupletandae rationis causa. v.g. Quare est vitium turpe et perniciosum? Quia non solum deturpat corpus, et foedat puritatem animae, sed etiam occidit animam coram Deo. Item v.g. Quare pigritia adversatur rationi, erit Rationis Ratio a definitione Quia pigritia est quidam torpor animi quo quis negligit aliqua bona inchoare aut factis et perficere. Item v.g. Quae sint mala quae pigritia creat. ut ostendas progrediens per enumerationem horum malorum, &

Expolitio seu Exornatio est qua utimur amplific

82

candalausa, magisq sub oculis ponenda rei quam tractamus ß

Expolitio fit ex omnibus locis tam intrinsecis qm extrinsecis, vg a simili, a dissimili, ejs seu exemplis, contrariis testibus Proverbiis sententiis symbolis Emblematis Apophthegmatis, et cæteris factis dictisq quæ possunt magis nostram amplificare ac illustrare tractationem.

Nota: quod forma syllogistica propter partes minus essentiales additas, dicitur plurium vel paucio rum partium vg

Dicitur Forma quinquepartita si fuerit maior probatio maioris assumptio ratio illius et complexio

Dicitur tripartita i. tantum maioris vel assumptionis datur ratio. Item dicitur multipartita i. omnes minus essentiales adhibeantur partes ad

Adverte quod forma quinquepartita perfectissima a Cicerone dicatur. quamquam etiam nostro sensu. perfectior videtur esse. quod si omnes habeat partes. perfectior enim tunc videbitur probare rem. Magis

Pro complemento forma syllogistica. — 6 —

Scias quod hæc forma non ideo vocatur syllogistica quasi per ipsam solus debeat semper disponi syllogismus; sed ideo quod in speciem syllogismi habeat partes.

Scias 2do quod per formam syllogisticam quodlibet ferme potest disponi argumentatio ut ostendo in exemplo uno et altero. vg

Imo in Enthymemate et Epichiremate non est dubium siquidem Enthymema est truncatus syllogismus unde quod solum deficeret seu maior seu minor facile posset subsumi: Epichirema vero omnes partes syllogismi implicite in una propositione continet.

2do de Sorite et Dilemmate et Enumeratione

pariter non est dubium siquidem hæ argumen-
tationes ut patet in modum syllogismi disponunt;
3tio Vg in violatione est exemplum tale: Nulla non
est tollendi; quia est sanctæ terræ incolæ Imo vero
ob id ipsum est tollendi quia terram sanctam paga-
ni et fidei Christianæ hostes incolunt. Itidem non
est dubium quin per formam syllogisticam possit
disponi nam ut videre est. Cum relicta prone et ratione
siquidem est obiectio quædam) violatio est semper
quoddam Epichirema. hoc est. integrum syllogismum
in una propone continens,
4to Vg in Inductione est exemplum tale; Vide paragra-
4tum prudentia iustitia temperantia est laudanda Ergo
omnis Virtus est laudanda; Dispo per forma syllogi-
sticam sic; ama. Pro maior fiat ex prima parte
antecedentis prudentia temperantia fortitudo
est Virtutis Assumptio fiat ex 2da parte antecedent-
tis, sed hæ sunt laudandæ. Complexio fiat ex Conse-
quente Ergo omnis virtus est laudanda
5to Vg in Exemplo paragrapho 5to est tale exemplum
ager ille optimus qui fertilissimus Ergo et homo
non qui natalium splendore sed qui Virtutis gloria
præstat optimus habendus est. Dis: per For syllogi:
sic. Maior pro ex Prothasi fiat: sic ager ille opti-
mus est qui fertilissimus. Assumptio fiat ex prima
parte Apodoseos. Vg sed homo non qui natalium
splendore, sed qui Virtutis gloria præstat, est veluti
quidam ager fertilissimus. Complexio fiat ex inte-
gro Apodosi. sic Ergo homo non qui natalium
splendore sed qui Virtutis gloria præstat. optimus
habendus est
6to Vg in Subiectione exemplum tale: Demosthenes
et Cicero. inde evaserunt eloquentissimi

83

Subiectio. Arte imitatione et exercitatione Complexio ergo et quilibet vestrum etiã evadet arte etiam tatione et exercitatione eloquentissimus. Dis por Per Sillogis Su Maior. Pro. Fiat ex Interrogatione et Subiectione simul v.g. Demosthenes et Cicero evase runt eloquentissimi. Arte Imitatione et Exercitatione assumptio assumma sileri ut pote subintellecta in Complexione. Sed quemlibet vestrum decet evadere eloquentissimum. Complexio fiat ex Complexione Ergo quemlibet vestrum decet prius Imitatione atq Exercitatione insudare.

Ex his Ergo exemplis non ne patet quemlibet argumentationis modum facile posse disponi per formam sillogisticam.

§ XIII

De Forma Collectionis Oratoriæ

Forma Collectionis Oratoriæ est per quam aliqua argumentatio in modum cumuli cuiusdam in quinq partes coacervatur et distribuitur, Hinc et dicitur ergo proto collectionem oratoria.

Partes oratoriæ collectionis quinq sunt hæ Pro, Rao, Rationis Rao seu Confirmatio Expolitio et Complexio.

Pro est, in qua assumimus statim id ipsum quod probare volumus v.g. Cunctari in bello nihil est aliud quam longam deliberationem et praeparationem praemittere ante conferenda arma pro felicissimo victricium palmarum proventu.

Ratio est in qua demonstratur id verum esse quod in pro[positi]one assumitur v.g. Sicuti cunctabundi hostes formidolosi sunt, cum suas vires ex occul tent et semper aliquid inspiratum minentur ut vincant palmasq victrices reportant.

Rationis Rao seu Confirmatio est, vel lucius explicat

et corrobolat rationem Ex quia fortius ferit libra ta toti corpore manu. Imo hac ipsa conatatione hostes plerumq; dum expectant armorum experimentum debilitant.

Expolitio seu Exornatio est adductio eruditionis vel similitudinis vel comparationis alterius exempli vel oppositi causa amplificandi magisq; sub oculis ponendae rei quae tractatur Ex de Fabio maximo habet Poeta: quod solus cunctando Romanam restituit rem deinde ipse Annibal apud Plutarchum de Fabio dixit maximi terret haec nubes. quae circa noctes vagatur, hinc et factum est Fabius laudes ab illo campo demeruerit ubi ira sterilis fuit Romanorum animus

Complexio est supra dictorum exitus Ex Ergo cunctatio in bello tenacissimq; victricium palmarum campus debet dici vide dispositionem.

Nota sine, Collectionem oratoriam posse esse pluribus partium, quod si id materia exigat, et beneplacitum Oratoris addat rationes vel expolitiones plures

Nota 2do quamlibet argumentationem, si rationibus amplificetur, et expolitionibus exornetur posse disponi per formam hanc collectionis oratoriae

Adverte si quae argumentatio non posset disponi per hanc formam, maxime sillogismus. sed bene et recte disponitur si disponatur artificialiter hoc est abjecta maiore, ex minore proonem faciendo, augendoq; illam per rationes ut patuit hic in exemplo de cunctatione vel etiam majorem pro ratione vel rationis rationem vel pro expolitione per modum digressionis in locum communem. seu a genere. Quantum vero ad Epichirema ponatur loco proonis addantur rationes & quales quid amplius requiritur Res: Iudicium et Ars Oratoris

§XIV
De Forma Sermonis.

Forma Hermogenis (sic ab authore vocata) est per quam aliqua argumentatio in 4tuor partes distribuitur.

Partes has quatuor vocat Author sic

1ma Caput seu Pro 2da Epicherema seu Ratio 3tia Ergasia 4ta Enthymema seu Complexio

Caput seu Pro v.g. Verus Christianus non solum omni tempore temperanter sancteque sed etiam tempore Dionisiorum, festorum, vivere debet.

Epicherema seu Ratio v.g. quia verus Christianus cum Christi vitam imitari debeat non alias ipsam omni tempore vivere venit, quam temperanter et sancte,

Ergasia seu Expolitio v.g. Ab oppositis Licuit Paganorum Ethnicorum etc. et Deum verum non noscentium festa Dionisia colere, atque orgia in honorem eius instituere, mentes ad ebrietatem solvere,

Enthymema seu Complexio v.g. Ergo verus Christianus si omni tempore etiam tempore festorum Dionisiorum, temperanter sancteque vivere debet

Nota 1mo quod Ergasia seu Expolitio quamquam secundum Hermogenem quatuor tantum sibi habeat appropriatos locos. Dico quod licite posset sumi ex omnibus locis tam intrinsecis quam extrinsecis et omnibus iis quae possint exornare et illustrare rem tractandam.

Nota 2do quod per hanc formam eadem qualibet Argumentatio disponi possit, si materia tractanda permittat et iudicium atque ars oratoria affulserit

§ XV

De Forma Aphtonii

Forma Aphtonii (alias Chria dicta) est commemoratio seu explicatio facti alicuius vel dicti vel utriusque simul, certis partibus seu capitibus comprehensa.

Chria est triplex 1ma dicti seu verbalis 2da facti seu activa 3tia mixta

Chria dicti seu verbalis est, quae verba sententiosa ab

aliquo prolata explicat.
Chria facti seu activa est quæ actionem seu factum quodpiam exponit et exornat,
Chria mixta est quæ factum quodpiam sermoni conjunctum complectit exponit et exornat.
Chria habet partes Octo Exordium, Expositionem Causam, Contrarium, Simile Exemplum, Testimonium et Epilogum,
Exordium semper tenet laudem vel vituperium illius qui dictum protulit vel edidit factum illud. quod Chria materiam præbet.
Expositio tenet liberiorem interpretationem et dilucidiorem explicationem, dicti cuiuspiam vel facti quod Chria materiam præbet. Expositio etiam alter dicitur paraphrasticon.
Causa affert rationem seu corroborationem illius dicti vel facti, quod præbet materiam Chriæ
Contrarium significat ex contrariorum rerum conflictu, id confirmandum esse factum vel dictum quod præbet materiam Chriæ
Simile illustrandum esse docet similitudine quapiam illud dictum, vel factum, quod præbet materiam Chriæ
Exemplum monet adducendam esse historiam vel quodpiam aliud exemplum ad stabiliendum illud quod intenditur per dictum v. factum, quod præbet materiam Chriæ
Testimonium ostendit scriptoris seu Poetæ, seu Oratoris, seu historici, seu Philosophi vel cuiuspiam alterius, Authoritate confirmandum esse dictum illud vel factum, quod præbet materiam Chriæ
Epilogus indicat Chriam concludendam esse; quomodo autem concludenda sit, positum est in arbitrio Oratoris,
Nota excepto Exordio Expositione et Causa ceteras partes, pro libertate Oratoris posse locum suum mutare, hoc est non servare hunc ordinem qui in enumeratione hic expressus est. Epilogus vero semper debet concludere.

Adverte cum in Oratorum sensu difficillimum esse exordium in Chria non levis enim videtur laboris esse et negotii. Etenim id dictum vel factum explicandum non fidem solum apud Auditores sed quandam sibi venerationem conciliet maxime in laude Authoris elaborandum hinc

Nota in laudando animadvertendum ut laudes sint verae: nam laudem qua quis caret ipsi tribuere non est laudare sed illudere. Deinde ut laudes illae sint propriae eaeque convenientes cui adscribuntur. Ut Poeta, non est laudandus a robore virium sed ab ingenio. Nec imperator a suavitate vocis, sed a fortitudine et scientia militari.

Adverte 2do magis difficiliorem adhuc esse Expositionem nam haec pars est basis et fundamentum cui innituntur et ad quam referuntur caeterae septem partes. Idcirco in ea conformanda, exornandaque accuratione studio desudant, hanc fundere periodis, hanc Orationis pigmenta distinguere, hanc figurarum gemmis illuminare debet. Nihil denique non agendum ut suis numeris expleta perfectaque sit.

Conclude Chriam valere maxime ad amplificandum ut patet,

Chriae exemplum mox in dispositione.

Et haec sufficiant pro interea de modis ac formis Argumentationum.

Caput Septimum
De Amplificatione

Postquam egimus de locis Intrinsecis et Extrinsecis atque Argumentationibus Superiori Libro de Tropis et Figuris quae plurimum adjumenti afferunt amplificandae rei quamquam sparsim de his egimus sequitur de ipsa arte amplificandi agamque per duos paragraphos

§ I°
De Natura et Divisione Amplificationis

Amplificatio dupliciter definitur 1mo quoad rem 2do quoad sen

Amplificatio quo ad M est amplior significatio seu amplior rei factio & effectio

Amplificatio quo ad Rem est pars oratoriae facultatis quae id quod sine illa prolatum dictumque parvum erat, auget et dilatat

Amplificatio duplex dividitur in Amplificationem Verborum et Rerum

Amplificatio Verborum per quam voces ipsae et phrases alter circa eandem rem alter atque augentur et crescunt

Amplificatio Rerum est per quam oratio incrementum sumit in ipsis rebus

Amplificatio dividitur 2do in amplificationem affectuum et artem amplificandi;

Amplificatio Affectuum est secundum Ciceronem gravior quaedam affirmatio, quae motu animorum, inducendo conciliat fidem et quae non nisi ad magnas causas gravesque adhibetur

Et talis Amplificatio solummodo et locum vel maxime in Conclusione seu Epilogo prout supra egimus hunc ubi Cap 3ii Paragr: 6ta

Ars Amplificandi secundum Isocratem est quae parva rebus amplioles facit. Unde alter dicenda est. delectatio communiterque appellari debet Synonimia, et de tali hic agemus in qua

Adverte quod amplificatio non inani Verborum exaggeratione rem augere debet sed orator in arte amplificandi debet esse similis propolae, qui suas merces amplificare dici potest, cumque ut varijs unicuique recondita, evoluta explicata evolvit et disponit ordinatim singula. Exponitque in officina suo quasque loco, similiter orator amplificare et dilatare dicitur aliquid, cum eius partes omnes alijs alias insertas ac permistas explicat ut singula appareant et sint ab alijs segregata seorsimque obtineant locum.

Modi quomodo amplius fiat sequentes docebunt paragraphi.

§ II

De Amplificatione Verborum

Varii equidem sunt modi amplificandi res per verba idque tam erudite quam simpliciter, sed plus

Sciendum est quales verba in amplificatione orator debeat adhibere Videre supra Lib. Ami Cap 5 paragr 6.

Sciendum 2do quod sit subiectum quid praedicatum, nam in qualibet propositione vel subiectum vel praedicatum amplificari debet, quod Rhetor facile est intelligit

Dico Subiectum est id in Oratoria ptione; de quo res est et sermo
Dico 2do Praedicatum est id, quod enunciatur de illa re, de qua aut Ptoe oratoria attribuitur illi vel in laudem vel in vituperium vel alio quopiam modo convenit illi v.g. In hac propositione Orator debet esse vir bonus, Orator est Subiectum. debet esse vir bonus Praedicatum Enunciatur enim de Oratore bonitas viri Item v.g. in hac Omne vitium est fugiendum Vitium est subiectum fugiendum praedicatum Item v.g. In hac Pegrotia est vitium, Pegrotia est subiectum vitium praedicatum Item v.g. in hac. Fatacissimus triumphalium laurearum campus contratio. Contratio est subiectum Fetacissimus laurearum campus &c.
His praenotatis descendo ad modos.
Modus 1mus simplex per additionem adverbii convenientis v.g. facile habet deorum auxilia humanus labor. vel Satis velocem advocat deorum opem sudor impensus. vel Simul allaborant Dij laborantibus vel Fortiter satage, conatibus prompte assistunt Dij &c
Modus 2dus per additionem Epitetorum sive propriorum, sive translatorum quorum comparativus tam superlativus gradus v.g. Perseam ne accu[...] sati suis humeris incubuisse gravitatem oneris. adsunt Dij laborantibus. vel Satis meretur deorum auxilia qui vel Atlanteum ad onus non meret &c.
Modus 3tius per Antonomasiam et modos illius de qua vide libri 1m Cap. 3. Paragra. 4tum ubi Adverte. quod non incongrue solet si prosto erudita haberetis nomina vel alias Circumstantias ex quibus formaretis Antonomasiam v.g. ponendo Ulyssem pro doloso Hyppolitum pro casto Ganimedem vel Damodem pro Formoso Phaetontem pro Incendiario Himettum pro dulci Sardiniam pro loco pestilenti &c
Modus 4tus per Comparationes et Similitudines quod tam Poetis quam oratoribus non inusitatum sedis dupliciter vel affirmative vel negative Exemplum Ami vide apud Horatium Libro 4to Ode 1ta

Qualem ministrum fulminis alitem
Cui Rex Deorum Regnum in aves vagas
Permisit Expertus Jupiter in Ganimede flavo &c.

Item v.g. hic: Vide Exemplum supra Capite 5to Paragr. 6mo Vitiis ut Albertus

Exemplum 2di. scilicet negativi accipe ex Poeta, qui desiderium Coelestis Patriae exprimit sic:

Non sic e gelidas sitiens iter urget ad undas
Exul ab Idaeis cerva lapsa jugis
Nec sic adspirat sibi notas cervus ad herbas
Cum levis in laesis haeserat arundo fibris
Quantum sacra meas urunt incendia fibras
Queis me sydereus numinis optat amor;

Modus 3tius per allegoriam v.g. Inimicitiae hominum more gerenda sunt. Sic allegorice: Hostiles adversum sese non ita exardescant flammae quin ulla emicet humanae naturae scintilla. Item v.g. in nostrum malum aliquos erudimus sic allegorice: Lactamus saepe miseri matres catulum, qui nos perimat vel morsu laceret, rigamus sudore assiduo cicutam, quae non in culmum adolevit, virus nobis ad extremum afferat, acuimus persaepe gladium, dein in nostro jugulo hebetandum. Item v.g. Loco hujus ne tumesce sic allegorice: Absiste ventis Eole, quod cassum inflas follem, qui sub hoc tumoris mole celsum mentitur collem. Quin altos ponis spiritus quietis typho plenus tumes. Item v.g. Loco hujus pudet Civilis belli sic allegorice: Effuso civium tabo chalybeum immergere mucronem propudium, turpis nimium triumphi palma, quam sanguineus Patriotarum nutrivit vigor, fetet laurea quam fraternus cruor irrigavit &c.

§ III

De Alijs Modis Amplificandi per Verba

Modus 6tus per eruditionem, sic illa amplificatio

Verbalis de Patria propugnationibus. Hra validos hostes tot iam decennijs Troia hac petitur nec tamen expugnatur. ubi Hra Ulyssem Senonemq dolis tumidum, validum manu Diomedem. non unus Hector per init.
Aliquando etiam plures eruditiones ageruntur, Vg Non sic alia mala nocent, ut lingua; sic per eruditiones Non sic Dardanus sonipes dulum tolosanum. non vel Alanus cornipes vel nemus africanum. non lycaum boo sanguine tincta sic nocent tella, nec pomum quod Ferramine saevo faejit, phanela. Non vi(r)tus Epidaulium vel ponti herba truces nil ut lingua tam noxium.
Sic Laderes quasdam dam actiones effeluntur: Solen ne illum conferiant vel cum Caligula Cunctas tegere vel Natale cum Macedone, cum Tarquinio metere cella papaverum vel cum Domitiano muscas configere cella.
Nota ut hoc modo bene Utatis Ville bibl. cap. ultim paragra quis de modo ornandi elocutionem.
Modus quartus per sensus synonimos Vg Comparata semper pericula terrent sic et madis naufragia post qm semel, naufragium pertulerunt, a navigio pedem revocant, et libata belli discrimina Mattem non facile persuadent, et Via latrocinijs infames domi retinent, Sic et Poeta paratum se in ardua synonimice canit, Non si per altas ire me jubeas nives
Piegeat gelatis ingredi Pindi jugis
Non si per ignes et infesta agmina
Cuncti paratis ensibus pectus dare &c
Modus quintus per aliquem locum intrinsecum v. Extrinsecum de quibus omnibus vide cap 5tum huius libri cum omnibus suis paragraphis atq modis ibidem et doctrinis allatis vide ergo Vg a Definitionibus pluribus vulgo comprobatis dictis sic Vg Nemo damnet tardiolem conctationem est enim bellorum bellatorumq fulmen victoria pignus operis perfectio auspicum triumphorum omen, maturitatis arra et compus viriri um laurearum ferauissimus Item Vg Poeta in calo nullum esse malum exprimit per enumerationem malorum qua ibi esse negat sic

Non ibi Amerijs regnat nec fata sub umbris
Sudas ad assidua cernitur ire dies
Non auget niveos ibi cana pruina jugales
Sed terit astivam sole quadriga viam
Non ibi pallentes morbi, nec cana senectus
Putris hydrops, nec ibi tussis anhela premit.
At nec belligeri Mavortia signa Gradivi
Sed viget æterno fœdere tuta quies
Non ibi funereas plantat Libitina Cupressus
Sed dat æternos vivere posse dies &c

Sic pariter dicendum, de alijs locis qm Intrinsecis qm Extrinsecis si quid ex aliquo loco Stringat amplificare.
Modus nonus per sententias eidem rei accomodas sic de Peregrinatione v.g. Is domi lateat qui foris Patriam obsculatur. Domo pedem non efferant quorum et res angusta domi nec animus orbe major, At angustum est magnis mentibus Cælum Patrium solum vel pele magnum est cultura animorum.

§ IV

De Alijs modis Amplificandi per Verba

Modus 10 per variationem Syntaxeos mutando locutionum tractus qui modus vel maxime subsidium habet a dialito seu disjunctione ad efferenda amplius plura per Sinonimum, vel per Zeugma, vel per Homoeoptoton vel Homeoteleuton posita v.g. vel per Verba activa vel passiva vel deponentia &c Modus iste communissimus tam Poetis qm Oratoribus, elegantiorem enim reddit Stylum et ampliorem et vel maxime nauseam similitudinis amovet v.g. Claudianus lib. quo Pharsaliæ quod poterat expedire per Zeugma per dialiton expressit

Quis in occiduus gemina cladibus aceto
Ille reget puppes me cum mihi semper in altu
Fulgit et inspirat summis minor ipsa currus
Bosphoria et Scythiæ adlanter Hesto de portis

Spectamus: quidquid descendet ab Arbore summa.
Arcto phylax plaustrumq madi Amsula feletur
In Scythia potius tendit bortis. Vnde canopos
Excipit Australi Coelo contenta vagari.
Stella timens boream &

Itemq Lilium candore oculos delectat odore nares implent flores manus coronant. Sed tamen omnia per Zeugma poterant claudi uno verba delectat sed amplius sic

Modus 2dus per voces Synonimas hoc est idem significantes. vg bonum alter commodum utilitas fortuna felicitas res &c

Item vg publicum alter commune universale non&trius omnium. Item vg bonum publicum aliter bonum patri bonum Regni bonum Civitatis bonum Civium populum gentium Communitatis &

Modus 3tius per Immutationem partium orationis reducendo vel in speciem diminutivam vel derivativam servando locum a Conjugatis vide supra Cap 4ti paragr Edium et complela ibi dicta vg siquis vellet Amplificare per verba hanc locutionem. Curat bonum publicum a verbo curo provenit cura nomen cui addatur epitetum vel proprium vel translatum. Item ad inveniatur verbum quod implere valeat sensum eundem vg Loco curat bonum publicum sic Ardentissima fert cura erga publicum bonum. vel sic Et bonum publicum volueris amplificare, cum pluribus exprimere verbis volens facies id per Capitis 4ti Rtum syntaxeos addendo substantivum aliquod veniens di velsa rei qualia possunt esse Integritas, salus, conservatio, successus, Cui iterum addaq epitetam. seu proprium seu translatum sic glossarium bonum commune dei ad augendos promovendos servandosq bonum publici successus. vel et sic de alys locutionibus in quibus non parum adumentum adferet eruditio tam verborum quam orationis

§ V

De Modis Amplificationis rerum

Varij et multi communiterq; ex locis Intrinsecis et extrinsecis, afferuntur ab alijs hi modi. Ergo in aliquibus omnes includam erunt autem hi 1mus modus ex loco a divisione 2dus per figuras 3tius per formas argumentationum atq; iam sit tractatio

De Modo Amplificandi res a divisione

Quid et quotuplex sit divisio vide hic supra cap 4i paragr. 4 diligenterq; addisce. Ibi dictum. Modus iste a divisione amplificandi adeo e amplissimus ut facile omnes locos unus comprehendat. Cum enim nulla res sit amplificanda quae non sit aliquod totum vel Phisicum vel morale seu ingeniosum, consequenter nulla res est quin distribuatur vel in partes Phisicas seu veras, vel in partes morales seu in partes ratione et cogitatione ingeniosa assignandas, vulgo circumstantias dictas. Iterum iterato dico pro intellectione hujus vide supra 64 p. 4 diligenterq; adverte dicta.

Nota 1mo quod semper Orator debet partes veras investigare et illas enumerare in amplificando et tandem ad partes morales seu ingeniose adinventas circumstantias descendere vel etiam simul illas cum veris tractare

Nota 2do quod distributio partes veras v.g. Generis in suas species, accidentis in subiecta, subiecti in accidentia et enumeratio earum locupletat maxime addiscendum; Iam autem distributio et enumeratio partium moralium seu circumstantiarum et adjunctorum locupletat conceptus oratorios

Nota 3tio dixi modum hunc a divisione esse amplissimum, ut omnes comprehendat, id hoc facile unicuique patet, nam omnes alij loci qui vulgo assignantur a definitionibus, conjugatis, ab adiunctis, ab antecedentibus, a consequentibus, ab oppositis a repugnantibus.

89

a Similitudinibus a Judicijs seu Exemplis quid sunt aliud, nisi divisiones unius cujuspiam rei in plures suas definitiones in plura sua adjuncta in plura sua Antecedentia, Consequentia, opposita, Repugnantia et plura sibi servientia exempla, quae veluti partes quaedam vel verbis vel moraliter et cogitatione conceptiq ingenioso adinventa possunt appellari. Hoc iam ipso in uno et altero ostendo exemplo v.g. haec duo verba Senex deformis per Amplificationem verbi olim sic exprimes: turpissima est huius senis et tetra species. Verum per locum a divisione sic amplius dices, quis non exhorreat senem illum retorridum, cadaverosum capulatem, scapulas habentem arcuatas in se invicem hiantesq et aridas fauces, oculosq lippitudine rigulos nasumq simum, sulcatamq frontem procurvumq mentum genasq luridas auriculasq flaccidas aduncasq manus falcatosq pedes pectusq pulicibus scatens capitoq cimicibus putens &c

Item uti haec sententia Vitium multa creat mala per amplificationem verborum sic: Nulla mala sunt quae non exoriantur a pestilente fonte vitiorum; sed per divisionem et enumerationem effectuum longe sic: Inde vitiorum foeditatem qd rationi adversetur quod contaminet animum, quod divinum numen offendant quod Auctorem suum diris excruciet modis angore stimulet curis exedat metu percellat, fulgis veneret supplicijs torqueat, cruciatibusq doloribusq maximis nullo sermone satis explicandis. Tum quod leges institutaq quod foedera, caeteraq humanae societatis sanctissima iura violent pervertant labefactent excindant perdant extinguant deniq quod pestem rebus publicis provincijs calamitatem, perniciem Regnis urbibus exitium, familijs damna innumera singulis deniq hominibus unicuique plurima malorum agmen importet

Item vel hoc. Bellum fons malorum per enumeratio-
nem consequentium sic amplificabis Exhaustum aerarium
abacta pecora, proculcatas segetes incensos vicos
et villas, desertos agros, eversa moenia compilatas
domos direpta templa, fracta laboribus iuventutem
tot adolescentium mores licentia depravatos, tot orbos
senes, tot viduas matronas, oppressas praeterea leges
extinctas artes, corruptam disciplinam, obliteratam
Religionem, confusa divina humanaque omnia
tibi uni accepta referemus si belli auctor fueris. Ad-
Adverte ex ipsis exemplis patere tibi, ex quocunque loco
fuerit amplificatio ceterum semper esse a divisione
Adverte ergo quod vix aliquando potest esse Amplifi-
catio ex uno loco quin statim sit ex altero et tertio
et itidem ministrant eadem exempla. Itaque tibi
pariter in tuis Amplificationibus procedendum erit
Nihilominus sit adhuc exemplum vel Lectio hesterno die
A circumstancijs est fons exordiorum seu abundantis quando Orator incipit ab illis quæ adhærent alicui rei et cum illa coniunguntur, qualia sunt Persona Oratoris auditoris adversarii locus, tempus, factum, crimen,

Scias formam exoriendi esse liberam unde Orator potest incipere suam Orationem a quæstione aliqua, sententia, fabula, narratione paradoxo, et abrupto ab Ironia,

Partes Exordii sunt sex

Prothasis, Cathaschève, Auxesis, Apodosis Etiologia et Basis

Prothasis seu propositio exordii est, quæ viam ad cætera parat, exponendo aut opiniones aut adiuncta aut divisionem

aut divisionem aut actionem superabundantem,
Cathaskeve seu Ratio propositionis est, in qua causam illius rei reddimus quam in propositione diximus
Auxesis seu Rationis ratio est cum augendae rei gratia causam unam vel plures adhibemus
Apodosis seu Reflexio est in qua contrarium aliquid propositioni assumimus unde aliter dicitur quasi nova propositio
Etiologia seu Redicio causae est in qua confirmatur apodosis innuendo totam rem de qua dicturi sumus.
Basis seu Clausula exordii est quae superiora continuat et ad sequentia parat transitum
Ex his partibus exordii quae sunt inusitatae quae non arbitrium Oratoris et exigentia materiae iudicet.
Exordium ut plurimum formatur per duo Enthymemata, ita ut primum artificialiter disponatur 2dum naturaliter aliquando etiam per siloismum formari potest aliquando per unum Enthymema ut patet in Dispositionibus.

Quae sunt Virtutes Exordiorum

Primo ut acuratum sit, et acutum sine nimia affectione 2do instructum sententiis idoneis et aptum verbis 3tio ex visceribus causae depromptum 4to clarum et apertum, 5tum ex istis locis petitum qui valent, ad leniter alliciendum auditorem.

Quae sunt Vitia Exordiorum,

Primum si sit vulgare quod pluribus causis accomodari possit 2dum commune, quod in contrariam partem potest usurpari 3tium commutabile

quod ab adversario in contrariam partem potest du
ci 4tum longum qd nimis protendatur, 5tum sepa
ratur et cum ipsa causa non connexum 6tum trans
latum, quod alius efficit quam genus causae postulat.
7mum nimis apparatum, 8vum extra praecepta
in quo exordiorum fines non adhibentur.

Caput 6tum

De Narratione 2da Parte Orationis.

Narratio est rerum gestarum vel quasi gestarum
utilis ad persuadendum commemoratio Unde
narratio est sedes et fundamentum fidei et
seminarium argumentorum.

Narratio est duplex Vera et veri similis.
Vera est quae res vere gestas exponit ut
sunt historiae
Veri similis est quae non eadem gestas sed quae
gesta videntur aut geri poterant exponi ut sunt
narrationes poetarum

Genera Narrationis sunt 3tia
Civile Digressorium et Remotum.
Civile est quo exponimus rem gestam et unum
quodquam trahimus ad utilitatem nostram
vincendi aut persuadendi gratia et habet
locum in genere Judiciali
Digressorium genus est qd vel intra Narra-

rationem

tionem vel inter probationem, intervenit nonnunquam aut fidei aut criminationis aut transitionis aut laudationis causam. Hoc genus narrationis omnibus narrationis partibus inservire solet.

Remotum est quod ad causam civilem non spectat nihilominus in eo exerceri convenit quo commodius illas narrationes superiores in causis tractare possimus.

Remotum genus est duplex aliud in personis positum aliud in negotiis.

Genus remotum narrationis in personis positum est quod personarum mores attributa gesta cum laude vel vituperio exponit debetque constare sermonis festivitate et iucunditate exitu rerum.

Genus remotum narrationis in negotiis est quo rerum temporum, locorumque descriptiones tractando habetque tres species fabulam historiam et argumentum.

Historia est narratio rei gestæ ab ætatis nostræ memoriam remotæ ut est historia Lentij &c

Fabula est narratio quæ res nec veras nec verisimiles continet. Sub fabulose tamen verborum cortice veritatem latentem involvit ut est fabula Æsopi

Argumentum est narratio quæ res exponit.

fictas et minus factas, sed quæ fieri potuerunt
huiusmodi argumenta sunt Comædiarum.
Et hæc iterum sunt triplicis generis.
Primum vocatur activum in quo res non ver
bis solum enarratur sed quasi gereretur
personis et actionibus exprimetur Græce vo
catur Drammaticum.
2dum Enunciativum in quo verbis duntaxat
res fictæ referuntur Græce vocatur Apologe
ticon
3tium mixtum seu commune in quo par
tim sermone partim actione narratio
rei expeditur.
Partes Narrationis sunt tres
Prænarratio Narratio et Posnarratio
Prænarratio est aditus quidam et præpa
ratio ad narrationem
Narratio est ipsa rei expositio.
Postnarratio est ipsius Narrationis exitus
seu terminus.
Virtutes Narrationis sunt quatuor
Perspicuitas Brevitas Probabilitas
et suavitas
Perspicuitas sistis in Verbis propriis usitatis
servato ordine quo res gestas
Brevitas si nihil inane inutile redundans sit.
Probabilitas consistit in eo ut circumstantiæ
locorum temporum [illegible] recte exponantur.
Suavitas

Suavitas elucet in eo si nartio contineat noua, expectata, magna gravia modos inopinatos varios animi motus, colloquia personarum festivitate condita

Vitia nartionis extra si recensenda.

Nota qd licet excurreret in aliquem locum plausibilem quaestioni perorium aut rei complicandae, affectibq excitandis idoneum sed caute et modeste ne modum excedamq et taedium auditori adferamq tale genus vocatur digressio.

CAPUT 7 mum

De Propositione 3tia Parte Orationis

Propositio est pars Orationis in qua totius Ortionis summa proponitur

Propositio e duplex simplex et coniuncta

Propositio simplex est quae unica continet quaestionem vg ostendam in adversis animum debere esse erectum.

Propositio coniuncta e quae duas vel plures otinet quaestiones, et est duplex seiuncta et diiecta.

Propositio seiuncta e, quae duas v plures proponens quaestiones caeteras removet solamq relinquit, in qua controversia ~~est~~ versatz. Hac Propositio in solo genere iudiciali vel maxime adhibetz

Propositio digesta ē. aliter divisio dicit seu particio. in qua enumeramus quid et quibus de rebus sumus dicturi servato in processu dicendi ordine, ut fecit Cicero pro lege et alibi
Virtutes Propositionis sunt sequentes. 1ma ut sit aperta et non obscura 2da ut sit brevis nec superflua verborum farragine redundans 3tia ut non sit nimis diuncta seu multiplex rerum paucioribus membris contenta: 4ta ut sit absoluta, hoc est nihil addat neque diminuat, quam quod in confirmatione futurum est. 5ta ut sit ordinata hoc est eodem ordine membra proponat. qui in confirmatione servandus est.

Caput 4tum

De Confirmatione 4ta Parte Orationis.

Confirmatio ē pars Orationis in qua res ad dicendum proposita rationibus et argumentis comprobatur. Seu est pars Orationis in qua argumentando nostrae causae fidem auctoritatem, et firmamentum adiungimus.
Confirmatio quemadmodum et Propositio est duplex simplex et coniuncta
Confirmatio simplex ē in qua una tantum res proposita, in propositione, rationibus et argumentis comprobatur
Confirmatio coniuncta seu composita ē, qua secundum partes duas vel plures propositionis, in duas vel plures partes dividitur.
In confirmatione sunt ista duo spectanda argumentum et argumentatio.

Argumentum

Argumentum est probabile inventum ad faciendam fidem.
Argumentatio est in aliqua debita forma argumenti explicatio.
Argumenta sumuntur ex locis communibus et proprijs trium generum causarum
De locis communibus agemus hic Capite II. De locis vero proprijs causarum agemus agendo de singulis generibus per suos locos

Caput Quintum.

De Confutatione 5ta Parte Orationis.

Confutatio est Pars orationis, quae in adversariorum argumentis diluendis infringendisque versatur.
Seu Confutatio est Argumentorum ab adversario allatorum solutio
Partes Confutationis sunt quatuor Prothasis Hyppophora Antiprotasis Antipophora seu Lisis
Prothasis est accessus ad referendam adversarij obiectionem.
Hyppophora est ipsa expositio adversarij obiectionis
Antiprothasis est accessus ad solutionem obiectionis
Antipophora seu Lisis est ipsa obiectionis allatae solutio.
Nota posse omitti Prothasim et Antiprothasim sed Hyppophoram et Antipophoram nunquam ideoque istae partes duae vocantur essentiales
Notando quod Hyppophora et Antipophora possunt secum confundi
Nota etiam Confutationem posse institui quadrupliciter primo per Hyppotiposim qualis est apud Ciceronem

in Pisoniana num. 50 2do per subiectionem qualis est pro Archia poeta n° 8 ibi. Hic tu tabulas desideras Heracleensium. 3tio per indignationem, ut pro Rege Deiotaro numero 24 ibi addit etiam illud Equites non optimos misit tibi 4to per Ironiam et exsultationem adversarij.

Loci refutandi argumenta adversariorum sunt sex ad quos omnes alii facile revocabuntur 1mus negatio cum ex ijs, quae sumpta sunt ab adversario, disputam aliquod aut plura vel totum non concedimus 2dus distinctio cum ostendimus falsa pro verijs esse assumpta, vel confusa et ambigua pro distinctis, 3tius contemptus seu inversio cum ab adversario obiecta contemnimus aut exsibilamus facetijs et iocis, eleganter in adversarium reiciendo et retorquendo 4tus Instantia, cum id quod universaliter obiectum particulariter refutamus vel ex concessis id sequi negamus vide pro Milone. 5tus Compensatio seu Dissimulatio seu Oppositio, cum non valentes negare obiecta, contra firmam rationem aeque firmam aut firmiorem adducimus ex criminibus virtutes opugnendo &c

6tus locus communis cum Orator praevidens infirmitatem causae excurrit in aliquem locum communem, in quo conqueritur, de misera temporum conditione, et deploret, innocentem vetum ad communem omnium periculum vel precibus amicorum donandum aliquid postulat &c

Caput 10

Caput Decimum.

De Epilogo 6ta Parte Orationis.

Quamvis author in secundo libro posuerit tractationem epilogi, nos tamen hic tractandum commodius duximus.

Epilogus est artificiosus orationis terminus vel exitus, in quo orator id qd tota oratione contendebat, maiori vechementia obtinere et evincere nititur.

Partes Epilogi sunt tres
Anacephalesis, Amplificatio, et Affectus.

Anacephalesis graece latine recapitulatio seu enumeratio in qua breviter et summatim argumenta Confirmationis vel Confutationis repelimus.

Recapitulatio fit vel omnium argumentorum et servato eodem ordine vel pro libero arbitrio Oratoris aliquando etiam praecipue in brevioribus Orationibus omittitur recapitulatio.

Amplificatio est gravior quaedam dictionum affirmatio, quae vota animorum conciliat, inducendo fidem cum fulcit rei magnitudinem, aut authoritatem demonstrat per affectum.

Adverte amplificationem fieri per recapitulationem si recapitulatio omittetur nec amplificatio erit, Amplificatio enim facit excitando animos, ne allatio argumentorum in Confirma:

positorum evanescat.
Affectus est quidam animi calor et impetus quo ad appetenetur in adversandumque aliquid vehementius, quam pro quieto mentis statu impellimur
Genera affectuum sunt 4tuor praecipue etiam hoc de tristitio Adonio
Gaudia pelle,
Pelle timorem
Spesque fugato
Nec dolor adsit.
Affectus iste excitando pro qualitate materiae etate [illegible] per Orationem.
Iuvant affectus excitandos ista 8 1mo conglogatio definitionum. v.g. Cicero definit senatum, item [illegible] sanctitatis amplitudinis mentis consilii publici, caput urbis ara foedrum, portus omnium gentium innocentium perfugium, 2do consequentium frequentatio, 3tio contrariorum conflictio. 4to dissimilium pugna 5to repugnantium conflictio. 6to conglobatio causarum et effectuum 7mo similitudo 8vo exemplorum frequentatio.
Affectus sunt duplices alii lenes alii graves.
Affectus lenis Graece. Ethos notat mores compositos, quemadmodum et Ethopeia ad lenitatem

lenitatem praevalet et benevolentiam blandum qd humanum, et amabile sonans ut misericordia mansuetudo &c

Affectus gravis graece Pathos et qui ad perturbationem, vehementer commovenda valet, estq atrox truculentq et ira amor odium

Affectuum species sunt hae misericordia ira mansuetudo amor, odium, metq securitas, pudor, impudentia, gratia, indignatio, invidia, et aemulatio, et ijs otraria,

Nota in movendis affectibq etiam ipse Orator commoveri debet suumq ingenium in potestate sua haberi, auditoriis vero aetatem nobilitatem prudentiam divitias &c Inconsiderationem habet idest ac pro ratione qualiter affectq est auditor affectum similem adhibere et si in alijs Orationis partibq in quibq adhibentur amplificationes adhiberi debent. Affectus tamen maxime in Epilogo Orator tota eloquentia violentioris vela pendet ut etiam remurmurantes animos placidos efficiat et praeterocchatur, Nam ex Epilogo tota pendet victoria et pprium esse Oratori nocere alias labor totus praemissus in bassum,

Caput Nonum.

De Locis intrinsecis et extrinsecis

Quidquid ad intellectionem Capitis hujus spectabit totum per quaestiones expediemus ita sic.

Q. Quid et quotuplex Argumentum.

Argumentum ut dictum supra est probabile inventum ad faciendam fidem.

Fides est firma animi iis quae credentur dicuntur credentis opinio

Opinio est imbecilla assensio.

Nota quod tam fides quam opinio argumentationem gignuntur, De Argumentatione sequenti Capite.

Argumentum habet variam divisionem.

Aliud dividit ratione Materiae et ratione finis, et ratione loci.

Argumentum ratione materiae est ratio rei dubio fidem faciens

Argumentum ratione finis est ratio per quam movetur animus auditoris et commutatur ut diversi modo dicat de rebus propter quas gaudio vel dolore afficimur.

Argumentum ratione loci est secundum diversitatem ex quo sumitur

2do dividitur rone extra in necessarium et probabile.

Argumentum necessarium est qd in partem contrariam probari non potest vg Sol ortus, ex Ergo dies est,

Probabile est qd in vtramq partem probari potest, vg etr est Ergo diligit Filiu

3tio dividitur ratione finis triplicter in docens delectans et movens

Docens est qd rei ad dicendum propositæ veritatem vel falsitatem ostendit

Delectans est quod animum auditoris deliniat per excitationem in eo cujusdam voluptatis

Movens est qd in animis auditorum excitat vel sedat affectq iræ odii, clementiæ misericordiæ &c

Quarto dividitur ratione loci dupliciter et quidem 1mo: ratione locorum propriorum trium generum Causarum. in Demonstratium Deliberatiuum et Judiciale.

Demonstratiuum est qd continet laudem vel vituperium.

Deliberatiuum est qd continet suasionem vel dissuasionem

Judiciale est quod continent accusationē vel defensionem.

2do dividetur ratione locorum communium in intrinsecum et extrinsecum.

Argumentum intrinsecum est qd petitur ex locis intrinsecis Extrinsecum est quod ex inintrinsecis

Quid et quotuplices sunt loci communes.

Locus est sedes ac domicilium argumentorum seu Nota qua indicatur quid in rebus debeat pervestigare Orator. ad persuadendum aptum.

Loci sunt primo duplices Proprii et Communes

Proprii loci sunt triplices alij qui serviunt generi Demonstrativo alij Deliberativo alii inserviunt generi Iudiciali.

Communes loci sunt duplices. alii intrinseci alii extrinseci

Loci intrinseci sunt 16 a notatione a coniugatis, a definitione, a genere, a forma, a similitudine, a dissimilitudine, ab Oppositis, ab adiunctis ab antecedentibus a consequentibus, a repugnantibus a Causis ab effectis, et a comparatis,

Dicuntur extrinseci ideo quia subpeditant argumenta ex ipsa re de qua agitur. id est ab ijs rebus quae intrinsece insunt rei unde aliter dicuntur insiti seu artificiales.

Loci extrinseci sunt sex a praeiudiciis a rumoribus a tabulis, a iure iurando a tormentis et a testibus,

Dicuntur extrinseci quia suppeditant argumenta ex ijs quae sunt extra ipsam rem, unde aliter dicuntur remoti et assumpti et inartificiales.

Non tamen ideo, quod quasi sine arte tractentur sed quod ea non parit Oratoris ars et quod foris afferantur.

Quaesitum 3tium

Quid est locus a Notatione

Locus a notatione seu Etymologia est cum ex Verborum origine et significatione qualicunq in nostro vel alieno idiomate argumentum depromimus v.g.

Ille verus consul est qui saluti Patriae consulit sed Cicero consulit Patriae saluti Ergo verus consul est vel Alexander est ergo magna gerit.

Quid est locus a Coniugatis Q 4

Locus a coniugatis e cum ex iis quae ab uno orta vocabulo et varie commutatis. argumentum sumimus v.g. Pudicitia, ab illo orith pudor pudicus, pudice, pudere &c v.g. Christi vitam non imitaris Ergo non es Christianus

Nota. coniugata differe a Notatione ideo, quia notatio spectat interpretationem et significationem vocabulorum. Coniugata vero derivationem

Nota 2do per coniugata optime fieri Paranomasiam et Polipt[o]ton seu traductio.

Nota 3tio istos duos locos, omnium esse sterilissimos, quandoq sapere adredolere levitatem.

Quid est locus a definitione! Q 5

Locus a definitione est quando ex natura et essentia, vel proprietatibus rei alicuius deducimus argumentum,

Nota 1mo qd definotio est Oratio quanaturam illius rei quæ definitur explicat.
Notandum 2do definotio est duplex Dialectica et Rhetorica.
Dialectica est quæ constat genere et differentia
Genus est aliqua vox communis quæ non tantum illi rei quæ definitur sed et alijs convenit,
Differentia vox propria illi rei quæ definitur
vg. Rhetorica est ars bene dicendi ars est quid commune Rhæ et alijs. bene dicendi, soli proprium Rhæ.
Rhetorica definotio ē alter descriptiua. quo aliquam rem, per sua attributa et circumstancias ceteraq omnia quæ tantum possunt illi rei convenire vel fieri ab illa quomodocunq describimus sic aliquis vitā definivit. vita humana labirinthus in quo mille erores spongia ad lacrymas natator miseriarum quia sine diversorio molesta et difficilis theatrum supra quod pessimi quiq honestissimum locum obtinent &c
Item alius vg. Dives ē qui nullo indiget bonus qui vitio caret. felix qui non ē miser dominus qui et servum
Hinc collegi definitionem posse fieri a divisione a causis effectis oppositis repugnantibus similitudine &c
Argumentum pe vg nullo esset Ergo est dives omnis bene dicendi ē artium præstantissima
sed Rhetorica est ars bene dicendi Ergo est omnium præstantissima.

Quid est locus a Divisione R 6

Locus a divisione est cum partes alicuius rei adducuntur et ex iis aliquid colligitur

Nota divisionem esse triplicem. 1ma est generis in suas species et proprie dicitur divisio v.g. Virtus in prudentiam iustitiam fortitudinem et temperantiam tanquam genus in suas species dividitur. Animal Rationale et irrationale nempe in hominem et brutum.

2da totius in suas partes integrales et dicitur partitio v.g. homo dividitur in animam et corpus. corpus in sua membra. &c. Domus in suas partes ex quibus constat.

3tia quando vel aliquod subiectum in sua accidentia v.g. homo in scientiam prudentiam pietatem liberalitatem. vel aliquod accidens in sua subiecta: ut scientia in homines doctos fortitudo in fortes pietas in pios legatio in legatos Rhetorica in Rhetores. vel quando. aliquod accidens in sua accidentia dividitur v.g. color in albedinem nigredinem. et vocatur enumeratio.

Argumentum sumitur 1mo ab affirmatione partium ad collectionem totius, v.g. habet corpus et animum rationalem Ergo est homo. 2do e contra. v.g. nulla huius Regni provincia est nulla Civitas nullum Oppidum et pagus est, cui non solvantur tributa. Ergo Regnum totum est sub tributo.

Huius loci videtur
Omnibus amissis a tergo a fronte capillis
Quid tibi iam restat perdere calve.

Q 7 Quid est locus a genere.

Locus a genere est, cum ab eo qd est commune pluribus speciei inter se differentibus, ad eadem plura sub communi contenta argumentamur. Seu cum ut ostendamus aliquid inesse speciei ostendamus illud prius inesse generi vg virtus est amabilis Ergo et pietas. Virtus est amabilis Ergo et prudentia. Virtus est amabilis Ergo Sobrietas vel.

Nota genus est quoddam totum commune plura quaedam sub se continens communione quadam sibi similia a specie vero inter se differentia vg virtus est quoddam commune, quod sub se complectitur prudentiam justitiam de quo sunt eius species communione inter se habentes nam quaelibet illarum est virtus. Differentes tamen secundum propriam rationem. specia cuiuslibet illarum diversa est natura.

Q 8 Quid est locus a Specie

Nota species seu forma est pars generi subiecta
Locus a specie seu forma est, cum ut ostendamus alicui inesse genus, ostendimus illi inesse speciem vg est in hoc adolescente pietas Ergo et virtus.

Q 9 Quid est locus a similitudine.

Locus a similitudine est cum ad rem quampiam traducimus aliquid simile ex re dispari; vg beneficiis aliqui utantur seu floribus tamdiu gratis quam dum recentibus et dum Philpea edas.

ut quidam morbo aliquo affecti suavitatem cibi non sentiunt. Sic facinorosi homines vere laudis gustum non habent.

Nota cum similitudo fit per istas particulas ut quemadmodum sicut etc. &c vocatur perfecta dum sine illis imperfecta.

Quid est locus a dissimilitudine seu differentia. Q. 10

Locus a dissimilitudine est quo ab eo quod est dissimile rei de qua agimus argumentum deducimus rei nostræ accomodum v.g. tot incommoda scelerati perferunt, ut male agant, tu nihil tolerare vis ut sancte vivas.
Illi multa sæpe patiuntur æternum ut sint miseri tu æternum ut sis beatus nihil patiere.

Quid est locus ab oppositis seu adversis Q. 11

Locus ab oppositis est cum ex una re opposita alteram rem oppositam seu contrariam declaramus. v.g. Cicero Philippica quæ. Etenim cum inter bellum et pacem medium sit nihil necesse est, tumultum, si belli non sint pacis esse quo quid absurdius aut dicit aut &c.
Genera oppositorum sunt 4tuor. 1mum adversa seu contraria quæ inter se maxime distant ut virtus et vitium pax et bellum.
2dum privantia. quæ sunt habitus et eius privatio ut vita et mors visus et cæcitas. scientia et oblivio.
3tium relata. quæ inter se conqueruntur ut dux et milles Præceptor et Discipulus.
4tum negantia, quorum unum neget alium ut pius et impius. &c

Exempla argumentorum a singulis.
Ab adversis. Vitium est foedissimum. Ergo Virtus est pulcherrima.
A privantibus mortem timet Ergo amat vitam.
A relatis Dux adit pericula Ergo et miles adire debet
A negantibus modestus est cur ergo dicis illum immodestum.

Ex. Quid est locus ab Adiunctis
Locus ab adiunctis est, seu circumstantiis, cum ex iis quae cum aliqua re sunt coniuncta illamque circumstant, Argumentamur.
Adiuncta sunt duplicia Personarum et rerum. et pro diversitate rerum et personarum sunt diversa et varia etc.
Adiuncta Personarum sunt Nomen genus Natio, locus et tempus Nativitatis vita ipsa ingenium virtutes corpus. robustum procerum vel e contra amici sponsa, bona possessiones, honores, et sic de aliis. pro ratione personae spiritualis et saecularis.
Item etc. Adiuncta rerum alia sunt temporis alia loci facti Dicti vestitus comitatus &c instrumenta adiuncta animi virtutes et vitia Item ipsius corporis pulchritudo deformitas vel robur. Sed ita longum recensere singula.
Argumentum si sumatur etc. vesperi visus est cum gladio in loco, ubi caedes facta est. Ergo caedis illius auctor est
Item etc. formosus est puer. Ergo a cunctis amatur
Item est incredibili virtute praeditus non ergo fidelis

violavit. Sic et Cicero pro Roscio Comoedo. Non ne ipsum caput et supercilia illa penitus abrasa olere malitiam et clamitare crudelitatem videntur. non ne ab imis unguibus usque ad verticem summum si quam conjecturam affert tacita hominis corporis figura: ex fraude, mendacijs et fallacijs constare videtur, qui id uno capite et supercilijs est semper rasis, ne pilum boni viri habere videatur.

Quid est locus ab Antecedentibus? Q. 13

Locus ab Antecedentibus est, cum ab ijs, quae necessario coherent cum consequentibus (adverte quod in hoc differunt ab adiunctis) argumentamur. v.g. Ortus est sol ergo dies est. Sol enim necessario diem antecedit.

Quid est locus a Consequentibus. Q. 14

Locus a Consequentibus est cum ab ijs, quae rem necessario sequuntur, ad ea, quae praecesserunt, argumentamur. v.g. Cicatricem habet ergo olim accepit plagam. Cicatrix enim necessario consequitur plagam.

Quid est locus a Repugnantibus. Q. 15

Locus a Repugnantibus est cum ex ijs, quae simul quocunque modo stare et coherere non possunt, argumentamur.

Nota Repugnantia sunt, quae nec certa lege, nec numero inter se dissident. in quo a contrarijs, et dissimilibus discernuntur. v.g. Amat illum igitur non est ei nocuit. Non illum laesit. convicijs non insectatus est.

Huius loci sit illud Distichon.

Rex regnat solus cur non regit omnia solus?
Qui regit et regitur rectius ille regit.

E. 16 Quid est locus a causis.
Locus a causis e, cum posita vel ablata causa, effectum quoq ponit, vel tolli ostendimq
Notandum causa est id quae sua vi efficit id cuius est causa vz. Venenum e causa mortis, quia vi sua mortem parit. Ignis causa ardoris e, quia vi sua generat ardorem.
Nota 2do causas esse quatuor prima finalis 2do efficiens 3tio formalis 4to materialis.
Causa finalis est ea, cuius gratia fit aliquid vz finis hnis e vita beata.
Causa efficiens est id a quo aliquid fit. vz Sol est causa diei quia illum efficit. toto cœlo luce diffusa.
Causa formalis est ratio rei et nota, per quam res est id quod est et a rebq aliis distinguitur vz. Animus est hnis forma. est enim causa cur hmo sit, eumq a rebq aliis distinguit.
Collige definitionem cujuslibet rei esse de genere causae formalis.
Causa materialis est ex qua et in qua res fit ut marmor statuae. Corpus hnis materia est.
Exempla Argumentorum quae ad singulas
e. A finali homo natq est ad contemplandū et intelligendum non igitur ad pastum et voluptatem.
e. Ad efficientem Senectq caret epulis ergo et violentia. Nam violentiam pocula efficiunt frequentia.

A formali: Animus hominis est immortalis, debet igitur ad immortalitatem aeternitatemque beatae vitae aspirare.
A materiali: Corpus hominis mortale est, ab eius igitur societate et contagione, immortalis animus avocandus est.
Adverte per causam non solum quae vere est causa sed quidquid tantum potest per modum causae intelligi quales causae Moralis huc refer vel illud Distichon.
Rhetoris haec Ruffi statua est, quid saxea? olim est.
Cordicque semper saxeus ille fuit

Quid est locus ab effectis. Q. 17
Locus ab effectis est cum ex iis quae ex causis orta sunt argumentamur, ut Dies est, effectus solis sunt Scytharum legatum ad Alexandrum ex hoc loco vide Curtium Libro 7mo. Fuga nostra victoria est etiam si vincimur vincemus.
Scias totidem esse effectus quot causae. Singulis enim causis sua respondent effecta.
Argumentum sit Virtus parit laudem. Ergo sequenda est. Voluptas infamiam gignit Ergo fugienda.

Quid est locus a comparatis Q. 18
Locus a comparatis est cum duo vel plura in aliquo quod sit eis commune comparantur. ut illustriorem quandoque palmam meretur fuga quam pugna. Fuga et pugna comparantur in palmam quae utrique aliquomodo communis est.
Comparata sunt triplicia 1mo a maiori ad minus

2do a maiori ad maius 3tio a pari
Argumentum dr a maiori qdo adhibetur in compa ratio hoc particula multo minus vg si quinque legiones, hostilem exercitum vincere non potue runt, multo minus duo poterunt: maior quippe difficultas est hostem vinci a duabus quam quinq legionibus
Argumentum a minori fit quoties adiungitur hec particula multo magis. vg Legatis cum spe revertendi in patriam progredientibus statua est posita Ergo multo magis Sulpicio qui sine spe revertendi progressus fuit statua decernen da est. minus enim est legationem obire cum spe reditus quam sine spe.
Argumentum a pari fit cum hoc particula pariter vel exprimitur in comparatione vel suppresa intelligitur vg Beati omnes laborum tolerantia aeternam sibi gloriam praeterierunt quibus ijsdem nos pariter ad tantum hnis fastigium gradibus oportet nos ascendere.
Adverte non semper ista particulas multo magis multo minus pariter ponendas sed et aliae particu lae illarum vicem subire possunt imo et subintelligi tantum vg Terentius. Calidiorem neminem vidi quam Phormionem,

§ 19
Loci nam sit loci extrinseci
Dictum est supra qd et quare dicantur extrinse ci nunc illorum explicatio sequitur.
Primus locus extrinsecus e praeiudicium, quod est id quod cum statutum fuerit, affert iudicaturis

exemplum qd sequentur.
2dus fama. est ostendendo id qd in quaestionem vocatur, ex communi hominum sermone verum esse.
3tius Tabula si demonstretur id qd agitur in publicas tabulas relatum esse, adeoqz pro indubitato haberi.
4tus Iusiurandum si ostenderim illud idem, cuiuspiam iuramento esse confirmatum
5tus Tormenta. demonstrando vi tormentorum vel plagarum expressam esse confesionem. vel a reo vel a conscijs illius rei quae probanda est.
6tus Testes. si id ipsum cujuspiam. vel Dei vel hominis testimonio confirmari docuerim
Et haec sufficiant de locis quorum ad pleniorem scientiam et intellectionem siqua desiderantur. consulatur Rhetorica praeteritae Commutationis hiemalis ex anno millesimo 704 in praesentem 1705 tradita.

CAPUT 12um

De Argumentationibus

Scias
Scias 1do argumentationes in universum has esse 1ma Ratiocinatio seu syllogismus &c
2da Enthymema 3tia Inductio 4ta Exemplum 5ta Collectio 6ta Violatio, 7ma Sorites 8va Dilemma. 9na Subiectio, 10ma enumeratio 11 Epicherema. Harum singulis singula quaesita
Scias 2do qd qualibet harum argumentationum appellectur forma seu ratio et modus quidam Rhetoricus explicandi evolvendiqz argumenta.

Ithe Argumentatio definitur qd sit in aliqua debita forma Argumenti explicatio.

C 1

Quid est Syllogismus

Syllogismus Graece Latine Ratiocinatio est argumentatio perfectissima suis constans partibus ordine certo inter se connexis sunt autem partes tres scilicet maior minor et conclusio iuxta Dialecticos; iuxta Rhetores vero maior Propositio assumptio et Complexio,

Propositio est prima pars Ratiocinationis per quam id assumitur ad probandum, quod est cardo probationis vg Omne vitium est fugiendum.

Assumptio est secunda pars Ratiocinationis per quam illa ipsa materia seu quaestio, de qua disceptandum est, assumitur, vg Sed pigritia sed vitium

Complexio est ultima pars Ratiocinationis quae complectitur et concludit breviter partes ratiocinationis vg Ergo pigritia est fugienda.

Nota quod ratiocinationem pro necessitate materiae cum bene placito Oratoris et exigentia poteris facere quadripartitam si vel maioris propositionis vel assumptionis dederis rationes. poteris et quinquepartitam si utriusque dederis rationem

Scias quod Ratio Propositionis est causa quae demonstrat id verum esse quod intendet propositis vg Superioris Propositionis ratio, Quare vitium est fugiendum? est: quia vitium est turpe et perniciosum

Ratio assumptionis est qua utimur comprobandae assumptionis et locupletandae causa vg

Superioris assumptionis ratio quare pigritia est Vitium est: quia pigritia rationi adversatur tum etiam innumera creat damna.

Nota 3tio qd ratiocinatio Rhetorica potest esse adhuc et plurium partium quam quinque si addantur rationes rationum tam propositionis quam assumptionis. Item expolitiones ab exemplis testimonijs simbolis et hieroglificis &c

Scias qd tam parvae quam etiam magnae et longissimae Orationes sufficientissime expediri possunt per hanc unicam argumentationem. Quem ad modum et in Cicerone videre possimus v. maxime pro Lege manilia

Quid est Enthymema

Enthymema est syllogismus seu ratiocinatio imperfecta et truncata constans vel ex maiore et conclusione v.g. Omne vitium est fugiendum Ergo et pigritia est fugienda. Vel constans minore et conclusione v.g. Pigritia e vitium Ergo est fugienda. Q2

Nota 1mo qd in Enthymemate qd ponitur 1mo loco vocatur antecedens qd infertur ex illo seu qd ponitur 2do loco dicitur consequens.

Nota 2do qd Enthymema potest esse tripartitum si detur ratio antecedentis, vel quadripartitum si addatur ratio rationis vel expolitio aliqua ab exemplis testimonijs

Nota 3tio qd non solum antecedentis sed etiam consequentis potest dari ratio. et iuxta pluralitatem datarum rationum vocari pluri partitum

Q. 3 Quid est Inductio

Inductio est argumentatio in qua ex multis par:ticularibus unum universale infertur. §

Suas inductionem fieri docebus modis 1mo enu:meratione omnium partium, sub aliquo genere con:tentarum, v.g. Prudentia laudanda est, justitia laudan:da est, item fortitudo et temperantia. Ergo omnis virtus laudanda est

2do multis comparationibus per varia similia progrediendo v.g. Quis optimus arborum fructus nisi qui suavissimus? Quod astrorum primum nisi quod clarissimum? Quis maxime equus insignis nisi qui velocissimus? Quis ager? certe qui fer:tilissimus. Ita et hominum, non qui natalium splen:dore, sed qui virtutis gloria praestabit, genero:sissimos inter habendus erit.

Adverte in inductione cavendum 1mo ut quae inducuntur certissima sint 2do ut id, cujus affirmandi causa fit inductio sit iis, quae indu:cuntur, simile.

Q. 4 Quid est Exemplum

Exemplum est inductio imperfecta, in qua ex una re simili singulari, altera res singu:laris per illationem affirmatur. v.g. Horatius non fuit condemnatus, quod sororem necaverit. Ergo nec Milo debet quod hominem occidit.

Nota 1mo pro exemplo posse poni historiam, symbolum vel quamcunque aliam eruditionem.

Nota 2do Argumentatio per exemplum alter appel:latur per protasin et apodosin.

Prothasis continet exemplum et Apodosis applicationem

Quid sit collectio.

Collectio est argumentatio, in quinque partes distributa quae sunt, Propositio Ratio, Rationis Ratio, Exornatio, et Complexio.

Propositio est per quam ostendimus quid sit, quod probare volumus vg. Nihil miserius est, quam peccato Deum summe et infinite bonum offendere.

Ratio est causa, quae demonstrat id verum esse quod in propositione ponitur. vg. Nam ejusmodi scelerati esse non possunt, quae licet caeteram felicitatem habent ut poenam non habeant,

Ratio Rationis seu Confirmationis est quae latius explicat et corroborat propositam rationem vg. a consequentibus Conscientia enim veluti tortor implacabilis, poenam semper a sceleratis repetit ut eam sibi semper ante oculos obversari putent, nec animum a gravi tristitia liberum habent, sed sibi discrimen impendere imaginentur.

Expolitio seu Exornatio Latine Graece Ergasia est qua utimur locupletandae atque honestandae rei gratia petiturque a simili exemplo, contrario testimoniis proverbiis. vg. Senserat hoc suo malo edoctus Julius Caesar qui post Pharsalicum praelium semper taedis furiarum ardentibus terrebatur noctes insomnes ducendo et mortem sibi exoptando. Senserat et illud lumen Graeciae solertissimus veritatis indagator Pitagoras dum saepe saepius haec dictitabat verba: Plura male patitur is a conscientia, qui injuste facit cruciatus.

quam qui in corpore flagellatur et plagis affecit.
Complexio est quae ex superioribus aliquid conclu dit, vel solum facit exitum superiorum v.g. Nemo igitur dubitavit infelicissimum esse qui se peccatis mancipavit.
Quas collectionem etiam saepe paucioribus vel pluribus constare partibus pro beneplacito Orato ris non nullis omissis vel additis.

Q. 6 Quid est violatio seu inversio?
Est argumentatio in qua rationem contra nos allatam in alium retorquemus, tanquam nobis utilem, illi adversam, habet partes tres Propositionem v.g. Turcae non sunt tollendi. Rationem. Quia terrae sanctae sunt incolae. et Violationem Imo vero ob id ipsum tollendi sunt, quod terram sanctam Pagani, et fidei Christianae hostes incolunt.
Adverte istam argumentationem esse locum confutationis, vide Caput de Confutatione.

Q. 7 Quid est Sorites
Sorites est argumentatio quaedam generalis multas particulares acervatim convolvens et amplectens et quolibet praecedente, quamlibet sequentem infe rendo, donec perveniat ad summum v.g. Contemptus bonarum artium parit inhumanitatem. Inhuma nitas turbat publicam tranquillitatem. Turbatio publicae tranquillitatis multa adfert mala. Ergo contemptus bonarum artium multa adfert mala.

Q. 8 Quid est Dilemma
Dilemma est argumentatio syllogystica constans duabus

partibus utrisque. quarum utramlibet concedat adversarius reprehenditur v.g. Si implacabiles ss. iracundia summa est acerbitas. Si autem exorabiles, summa levitas

Quid est Subiectio?

Subiectio est argumentatio per quam id quod a multis quaeri potest, quasi ipsi interrogamus et respondemus. Habet partes tres Interrogationem v.g. Demosthenes Cicero et alii, unde evaserunt eloquentissimi? Subiectionem seu Responsionem Imitatione et Exercitatione, Complexionem Ergo et quilibet ita evadet.

Nota hanc argumentationem valere ad solvendas et refutandas obiectiones adversariorum, In interrogatione ut plurimum per prolepsim, obiectionem, In responsione Solutionem obiectionis. In Complexione exitum dictorum ponendo.

Quid est enumeratio — Q. 100

Enumeratio est in qua pluribus sufficienter expositis et ceteris infirmatis vel affirmatis una necessaria relinquitur vel totum aut tollitur v.g. Si Paulus occidit Petrum, occidit aut metu aut odio aut spe alicuius boni, aut alicuius amici gratia. Sed nullius horum gratia Ergo non occidit. Vel aut dormit aut garrit aut nugatur aut deambulat aut studet Rhetor. Sed nec dormit, nec garrit nec nugatur nec deambulat Rhetor Ergo studet.

Quid est Epicherema. — Q. 101

Epicherema est brevis Ratiocinatio, cuius omnes

partes in unam proprietatem in dopra Oratione Illu?
Mi Qui hunc honorem statuae nemini tribuendum
censuit nisi qui ferro esset in legatione interfectus
Hetc Partes sub intellectu in hac Ratiocinatione sunt
hae. Lex iubet legatum in legatione ferro interfectum
statua esse honorandum. Sed Sulpicius non est ferro
interfectus Ergo nec debet statua honorari

CAPUT 13

Circa dispositionem omnium hoc libro dictorum
non nulla dogmata et praecepta retinens
Dictum est supra huius libri Cap. 2do quod dispositio
(quae est 2da pars Rhetorices) sit ordo et distributio
rerum quae demonstrat quid quibusque in locis sit col:
locandum seu. Dispositio est rerum inventarum in
ordinem digestio
Dictum praeterea quod sit dispositio duplex Naturalis
et Artificialis
Naturalis est cum partes Orationis vel alterius ma
teriae ab oratore tractatae ordine sibi proprio ponunt
Artificialis est cum partes Orationis vel partes
alterius materiae ab Oratore tractatae non or
dine sibi proprio, sed pro arbitrio Oratoris pri
us vel posterius ponuntur aut inter se confunduntur
quod ca
Quod clarius hic sic explico
Partes Orationis possunt disponi et Naturaliter
et Artificialiter
Naturalis partium Orationis dispositio erit si
ita ponantur eodem ordine in Oratione quo ipse
consequuntur v.g. Primo Exordium postea Narratio deinde

Propositio deinde Confirmatio Propositionis tum confutatio adversarii ultimo Epilogus. Artificialis Dispo quando pro Arbitrio Oratoris et exigentia Materiæ et temporis vel aliquæ reiiciuntur Partes vel non suo Ordine ponuntur v.g. si prius confutatio quam confirmatio vel fundantur ad iudicem vel Narratio ponatur alibi quam ante propositionem

Adverte singulas partes Orationis posse admittere dispositionem Artificialem v.g. Exordium potest recindere suas Partes, tantumque admittere Prothasim et Apodosim vel alias aliis omissis et sic de alijs partibus Orationis. v.g. de Epilogo dicendum.

Scias 2do quod et argumentat: quæ sumuntur ex quibuscunque locis, tam communibus quam proprijs debent habere etiam suam Dispositionem, ita: ut primo loco fortia 2do loco quæcunque ultimo tandem fortissima statuantur: Sunt tamen aliqui qui primo loco firmissima suadent ponere ideo ut adversarius initio statim cadat animo et auditor quasi primo impetu victus, possit ab Oratore duci quocunque ille voluerit.

Scias 3tio qd loci ipsi admittant Naturalem et Artificialem dispositionem ita scilicet vel primo loca intrinseca subministrent argumenta vel econtra vel permisceant

Scias 4to quod omnes argumentationes admittunt naturalem et artificialem dispositionem Naturalis erit qdo ponentur in eo Ordine in Oratione partes illarum quo Ordine sunt ipse et post se videbantur superius

Artificialis erit quando pro atributo Oratoris v.g. in Syllogismo. 1mo Conclusio maior tandem minor tandem iterum repetitur conclusio vel omittitur vel primo minor tandem maior Deinde iteru minor tandem

complexio

D

Similiter de Enthymemate v.g. quādo prius ponit antecedens postea consequens dicitur Naturalis Dispositio quando vero prius consequens postea Ratio ex antecedente dabitur. Sic de alijs argumentationibus dicendum Deinde etiam quādo omittetur aliqua pars vel confundetur cum altera artificialem dispositionem includet ubi:
Nota quod quidquid et ex quocunque in argumentatione primo ponetur dicitur Propositio
Scias 5to quod omnes Argumentationes quomodocunque sive naturaliter seu Artificialiter disponendum non poterunt disponi nisi quadrupliciter primo per formam Syllogisticam illamque seu tripartitam, seu quadripartitam seu quinquepartitam, vide superioris Capitis Quaesitum 2du per formam collectionis de qua vide eiusdem quaesitum 5tum per hanc formam quaelibet argumentatio disponi potest etiam syllogismus si Artificialiter disponatur vel omittantur aliquae partes scilicet maior et minor scilicet Enthymema fiat. 3tiam per formam Hermogenis quadripartitam prima pars vocatur Caput seu propositio 2da pars Ratio 3tia pars Expolitio 4ta pars Complexio per hanc formā etiam quaelibet Argumentatio sicut et per formam collectionis disponi potest 4to per for: Aphtonii alias per Chriam quae ē triplex prima activa seu verbalis seu dicti in qua laus vel vituperium alicuius auctoris dicti exponitur 2do moralis seu facti in qua factum laudatur aut vituperatur 3tio mixta in qua utrumque simul vel laudatur vel vituperatur

habet partes octo Exordium Expositionē Causam simile Contrarium Exemplum Testimonium et Epilogum

Exordium, quod continet laudem vel vituperium auctoris

Expositio aliter Paraphrasis con est narratio facti vel dicti vel utriusq

Causa est expressio rationis vel intentionis Auctoris quare dixit vel fecit.

Simile illustrat propositum dictum vel factum similitudine quadam,

Contrarium significat ex contrarium rerum conflictu id firmandi de se qd est dictum vel factum.

Exemplum adducit in formam Apophthegma vel quod Simbolum vel quidpiam aliud ad stabiliendū qd intendis

Testimonium ostendit alicujus veteri auctoritate auctoris confirmandum esse propositum esse dictum vel factum

Epilogus, quaecunq dicta sunt de facto vel dicto facit exitum, cum laude auctoris vel vituperii

Adverte 1mo expositionem seu Periphrasim esse difficilimam in chria

Adverte 2do istam chriae formam, admittere etiam artificialem dispositionem scilicet alias omitti alias transponi posse partes

Et hæc sufficiant dicta de Libro Primo in quo si forte quaedam desiderantur ex Rhetorica praeterita Commutationis petantur

LIBER SECUNDUS
De Elocutione

Placuit ex 4to loco librum de Elocutione transferre in locum 2dum idq sic placitum est. Causa facilioris intellectionis et capacitatis discentium Rhetorum ut ea quae prius scienda sunt, prius discenda habeant

Itaq postquam iam Neorethores in Libro 4to habent aliqualem ~~offici~~ notitiam partium Officii Oratoris hoc Libro Subministrabunt ea quae ad ornamentum hacte nus Libro 4to traditorum Spectabunt, qualis est Elocu tio, et illa omnia formare possunt elocutione qualia sunt elegantia dignitas compositio necnon hoc tria comple ctens amplificatio de quibus omnibus hoc Libro tractationem instituendam duxi

Caput Imum

De Natura Elocutionis

Elocutio est idoneorum verborum ac sententiarum ad in ventionem et dispositionem accomodatio Elocutio est duplex Naturalis et Artificialis

Naturalis seu Sponte fusa est, qua non recedit a vulgari loquendi consuetudine

Artificialis seu Commutata est quae secundum artem eleganter ornate et ordinate eloquitur et hac alia est Philoso phica, alia Historica, alia Poetica, et alia Oratoria de qua sola nunc praesens.

Praecepta Elocutionis sunt duplicia Speciale et Communia

Specialia sunt, quae ad certum genus dicendi, seu Charactterem restricta sunt

Communia seu Generalia sunt quae non respiciunt certam materiam sed generatim trattant de iis quae orationem ornant qualia sunt Tropi Figurae Periodi &c

Caput II

De Generibus seu Characteribus dicendi

Genus dicendi seu Character dicendi est, apta rebus et personis orationis forma hinc

Scias quod auctor huius Rhet. ad Caium Herennium divisent elocutionem in formam seu et exornationem seu schemma;

Scias 2do qd genus dicendi sit triplex grave medi ocre et infimum

Quid est genus grave. Q 1

Genus dicendi grave seu summum seu sublime ac magnificum est quod magno et verborum et sententiarum apparatu constat. Hoc est Grave dicendi genus constat ornatu et motu vehementissimo verbis translatis. extraneis gravibus sententiis, maximeque illis exornationibus quae per se gravissimam orationem efficiunt ut sunt prosopopeia exclamationes hypotyposes etc.

Vitia hujus generis sunt sermo si figurae sint inflatae, quae fiant ex antiquis et innovatis verbis et gravioribus quam res postulat.

2do si sententiae applicentur humiles res minus aptae.

Quid est genus mediocre dicendi Q 2

Genus dicendi mediocre seu temperatum seu aequabile est, qd submisse id est medio modo rem eloquitur. hoc est habet ornatum demissum non tamen infimum. Unde hoc totum genus compositum est ad suavitatem, et potest recipere ornamenta omnia, tam verborum quam sententiarum.

Vitium hujus generis est cum oratio nervis et articulis caret, et instar atque huc atque illuc fluctuat.

Quid est genus dicendi infimum. Q 3

Genus dicendi infimum seu humile seu tenue seu subtile seu attenuatum est, qd demissa et usitata puri sermonis consuetudine constat. hoc est: constituitur ex frequenti et quotidiano sermone. Vitium illius est cum oratio est arida jejuna et exanguis. Quod vitium committitur ab oratore tunc temporis quo timet ne sublimi genere utatur et tunc nimium se demittit et saepe reprehenditur.

CAPUT III

In quo consistit elocutio

Elocutio consistit in tribus in Elegantia Dignitate et Compositione.

Nota ne forte erretis in respondendo si aliquis quaerat quot sint atributa elocutionis. Respon. 3ia Elegantia Dignitas et Compositio idem enim est quaerere quod nem quot sint atributa elocutionis et in quo consistat elocutio.

Quid est Elegantia

§.1 Elegantia est quae facit ut unumquodque pure et apte dici videatur. Elegantia habet duo atributa seu in duobus consistit. in Latinitate et perspicuitate.

Latinitas est duplex Prima Grammatica, quae cavet Solaecismos Barbarismos tam in scribendo quam pronunciando et barbaras Lexes seu dictiones linguae peregrinae 2da Oratoria quae cavet verba hoc distiche contenta.

Sordida, prisca, noua, antiquata, Poetica dura,
Turpia, rara nimis vel peregrina cave.

Perspicuitas alter explanatio est, quae reddit aperta et dilucidam Orationem et consistit in eo, ut verbis usitatis et proprijs ejus rei de qua agimus patamur, et vitia quae ei adversantur fugiamus qualia sunt Primo Amphibologia seu Ambiguitas 2do acyrologia idest impropria alicujus dictionis usurpatio, 3tio Tautalogia seu otiosa verbi repetitio 4ta Pleonasmus redundantia verborum supervacanea in hoc oculis vidi 5ta Eclypsis contraria Pleonasmo seu deficientia supervacanea verborum 6ta Aposiopesis frequens 7mo Brachylogia seu affectata brevitas 8va Macrologia importuna prolixitas 9na Sinchysis seu Confusio dictionum et ordinis grammatici

Quid est Dignitas

§.2

Dignitas est quaedam conformatio Orationis constans Verborum et sententiarum ornamentis.
Dignitas praestat duo Primum ut ornate dicamus 2do. ut apte pro ratione materiae
Ornate dicitur cum genus seu Character dicendi certus eligitur, et secundum exigentiam illius Oratio gravis suavis, erudita, liberalis, admirabilis, polita, affectibus quantum opus est constans, nec in singulis partibus sed in toto corpore Orationis
Hic vero Ornatus facilis, si Domini Rhetores conquisiverint sylvam rerum et sententiarum copiam Verborum similitudinum, exemplorum, deficientibus his fuit rum nihil. hoc vero fit Lectione scriptione, exercitio et relectione, rescriptione et recexercitio. iterumque atque iterum lectione
Item maiores Parentes et ceteri consanguinei
et agnati seu colligatae domus
miracula, Auguria, Oracula, Somnia
serint huc referenda ut Divi Dominici futuram
claritatem catullus portans facem a matre per so-
mnium ejus portendebat. Sic olimpia parata fa-
et Alexandrum vidit per somnium Leonem

Hecuba Paridem per accensam facem et ardentem
Maia Virgilium per eximium laurum ramum gra
tia Augusti, vidit usq ad Coelum iapsa[?] fuat tendi
inde per totum orbem tellarum diffundi.

Nomen in Nomine considerandum sive per se
aliquid laude dignum significat vel quia ali[?]
vg per Anagrammas aut Paronomasiam idem signifi
cari valeant vel si impleat mensuram nominis. Nomen enim magnum in rebus momentum.

Natura per Naturam intelliguntur Imo Paren
tes, Patria, tandem sexus. Aetas, Conditio corporis
et animi dotes idq: Vel in Communi. Quia
vg quilibet homo, Imo habet Animam immorta
lem cum intellectu et voluntate. 2do Quia
habet elegantiam prae ceteris animalibus ut Ovi
dius lib. I Metamorphoseos refert.
Prona cum spectent animalia cetera pronum
Os homini sublime dedit coelumq tueri
Jussit et erectos ad Sydera tollere vultus
3tio quilibet homo habet Harmoniam seu constitutio
nem concinnam quae consistit in corporalibus et spi
ritualibus Vel in Particulari. Quia vg ali
quis singularem habet pulchritudinem omnium
prae omnia ut Absalom cuius forma digna fuit impe
rio
Item quia habet Sanitatem singularem ac ultra
ten robur &c

Educatio considerandum an fuerit honesta
et honesto loco in natione aliqua vel urbe; apud
omnes probos, qua diligentia cura quanta, quibus
magistris, rigorose an leniter quos amicos et
familiares habuerit quibus aliis imbutus et
disciplinis quo deferenda et peregrinationes ad exo
ticas Regiones

Fortuna fuerit ne ejus fortuna prospera
an adversa. an dives clarus potens felix
comoratus, vel non, et quo pacto degerat.

in ea vita conditione.
Habitus (qui ex Tullii mente est animi aut cor poris constans, et absolutus aliqua in re perfectio et virtutis aut artis perceptio alicuius aut quaevis scientia quae industria comparatur) indagandum proponit quibus scientiis, quibus virtutibus sit ornatus is quem laudamus.
Affectio (quae ex eodem Tullio est animi et corporis ex tempore aliqua de causa commutatio ut laetitia, dolor, molestia, cupiditas, morbus, debilitas, et alia cetera) suppeditat laudis argumentum si ostenderetur eum qui laudatur non paruere suis cupiditatibus sed moderationem in omni vita adhibere, sicque ut dicit vel dictu fas est, quod non impellitur amore, non abducitur odio, non deicitur timore, laetitia non efferatur, maerore non conficitur labore non frangitur voluptate non emollitur.
Consilium si demonstratur eum cuius factum aliquod celebramus non casu, non impulsu alieno non coacte sed sponte ac consulto deditaque opera id egisse
Facta recensendo sicque sunt praeclare gesta ab illo olim vel nunc fuerit, et quae facturus est
Dicta quia et eius sermones soleant esse de re quas habuerit orationes quos libros ediderit, quid literis mandaverit, et quae de illis opinio sit et existimatio
Species seu venustas formae non est quid postremum nec exiguum est ornamentum Regum et Principum unde Iacitus libro Annalium ait Ariobarzanem apud Armenios propter corporis insignem formam et animum praeclarum in Regem fuisse electum et de Theodosio Romanorum Imperatore quidam ait Virtus tua meruit Imperium addidit forma suffragium illa praestitit ut oporteret te Principem fieri, haec ut deceret.

Nihilominus tu adverte ad Poloniam in qua ad sua possi
eius et tutelnam famam facientes Principes quo
dam nevis inpugnasse fuerint ut Boleslaus Chrobri
Boleslaus Krzywousti Vladislaus Lokietek
Quae contingunt caetera in vita sunt virtutes et vi
tia: quorum definitio seu natura perpendenda
et ex singularum intellectione, vel laus vel vitupe
rium concinnabitur
Quae in morte et post mortem, considerantur sunt
haec et quidem in morte constantia et fiducia morbis
Item praesagia quae mortem portendebant tum
occasio mortis ut in bello
Item sumptus in insigni metatis in medicos ut Ieuden
post mortem consideranda est Pompa funebris
exequiae suffragia animae. literarum monumenta
desiderium populi luctus Reip: tempestivus exitus
ante sensum calamitatis insecuturae Item mira
cula a corpore quales patrant Sancti Dei et electi
qui toties in vita non noscuntur. et haec sufficiant
quis sequitur

Particula Quid

Haec particula quid denotat illud ipsum quod laudans
in quo consideranda erunt. 1mo sit ne res honesta
ac ratione congrua 2do sit ne necessaria ita ut
non possit omitti sine gravi honoris ac salutis
publicae vel privatae damno & 3tio sit ne utilis
ac iucunda et cur. et quae bona secum trahat inuehat
privata vel publica, quae hostibus mala 4to sit
ne excellens. et magno in pretio habita, apud sapi
entes rerum aestimatores. et an comparari ei possit
ulla res alia, et an caeterarum omnium. pretium di
gnitatem, ac decus in se una complectatur. 5to sit ne
difficilis tota septa laboribus ac periculis, et vix fi
eri posse credatur. 6to. sit ne rara et inusitata.
et quomodo virtutis heroicae exemplo inde posse
ri provocabuntur.

Particula ubi

Particula ubi indicat locum in quo aliquid laudandum

perductum multum enim iuvat commendationem sed diffi
cili loco gestum fuerit nun quam iam sit locus ille
clarus, et per quem; nam etiam locus per com-
parationem ad alia loca excellit vel deprimitur.

Particula Quibus auxilijs

Hæc particula indicat præsidia et vires adiuvantes
corporis et fortunæ bona.
Item instrumenta tam animata ut sunt Servi amici
quam inanimata ut sunt gladius rhodax hasta
bumbarda pecunia &c. v.g.

Particula Cur

Per hanc particulam exprimitur causa finalis et effi
ciens ut quo consilio cuius respectu. v.g. Religionis
Reipublicæ Amicorum rei privatæ lucri gloriæ de
decoris malorum metu pœnæ salutaris libertatis
tis Tandem finis videndus, quam honestus fuerit
quam gloriosus. quam illustris, quam utilis, quo præ
stantior nullus spectare ~~voluit~~ potuit

Particula Quomodo

Hic indicatur modus quo res facta est aut fit. v.g. Novo
modo inusitato ingenioso difficili incredibili
omnium convenientissimo, qui non nisi a magno
vir magnaque virtute adhiberi et observari potterat.
hæc ~~particula cur~~ circumstantia semper exprimitur. et vel maxime optime per adverbium

Particula Quando

Hic ostendendum erit. quam opportune et quo tem
pore factus illud susceptum, promotu, perfectumque
sit. quam feliciter perductum fuerit ad optatum finem, et si difficilimum esset tempus quam.
etiam necessarium, ut tali tempore fieret si nullo
alio tam bene aut tam facile fieri potuisse, de
monstretur. v.g. Didonem a tempore laudat Æneas
apud Virgilium Ano Æneidos.

O sola infandos Troiæ miserata labores
Quæ nos reliquias Danaum terræq marisq
Omnibus exhaustos iam casibq omnium egenos
Urbe domo socias.

CAPUT IX

De Locis laudandarum rerum.

Equidem infinitum esse negotium et labor singulos singulorum rerum laudandarum recensere locos. idcirco paucos paucorum ac præcipuis generibq proferam in quibq laudationis capita hoc est argumenta ipsa laudum quæ illis tribuuntur indicabo

Æquum est initium ut sumamus a virtutis laude. cum sine illa nihil quidquam teste Tullio sit laudabile cum nec laudari possit, eiq uni laus debeatur.

Loci laudandi virtutem sunt hi. Imo definitio ipsius quam illi tribuunt auctores vz. Tullius Imo de Legibus Num: 25 dicit quod virtus est ipse perfecta et ad summum perducta natura.

Plato de Rep: virtus est sanitas vitium est morbus

Gregorius magnus Imo moralium. est medicamentum virtus est et vitium vulnus.

2dus notatio nominis Virtus a viro nomen inventa est Cicero 2do Thusculanarum quæst Num 43 quasi viri nemo posset esse qui virtute non sit ornatq

3tio ab effectis suis vz ut inquit Plato Sola virtus nobiles ac liberos facit. Vitium ita ignobiles ignavos ac servos. Sua vq virtq mirabiles sui amores excitat. cum nihil rerum Tullium virtute amabilius. Sua vq beatos efficit quos ornat. cum beatus esse ut inquit idem Tullius in dignorem sine virtute nemo potest cuius tanta vis ut non possit unquam esse vir bonus non beatus

140

Quia v. g. virtus immortalitatem nobis impetit secundum Senecam, hue et alios conjectis conjecta
4to ab adiunctis, quia v. g. potentia virtutis summa est secundum Ciceronem ad Caium Herennium quia dives est virtus secundum eundem paradoxo ultimo quia honesta est et laude digna quia pulchra &c.
5to a consequentibus v. g. Aristoteles in Rhetoricis ait virtuti perfectae cum dignus honor haberi nequit, eam inquit Tullius necessario gloria sequitur.
6to a simili v. g. Cicero de Officiorum ut obscuratur et offunditur luce Solis lumen lucernae; sic rerum corporearum aestimatio splendore virtutis et magnitudine obscuretur et obruatur atq interereat necesse est.
7mo testimonia Sapientum v. g. Laertius prodidit, quod Gorgias percunctatus Socratem beatum ne putaret Persarum Regem. hoc responsum tullit, nescio Hercle quantum virtutis habeat.
Hi ergo loci pro virtutis laudandae in commum.
Loci autem cuiuslibet in particulari v. g. iustitiae prudentiae, temperantiae pietatis religionis modestiae &c. sunt hi
Primo definitio uniuscuiusq 2do honestas et excellentia, 3tio eiusdem necessitas 4to effecta 5to comparationes. 6to contraria 7mo causa seu similitudines 8no effata sapientum 9no Emblemata 10mo exempla seu Historiae 11mo Difficultas virtutis non ap... Hi erant pro laudandi virtutem
Loci laudandi Urbes 1mus origo seu auctor et fundator. alias Princeps 2dus Situs 3tius Figura. v. g. Quia Cracoviensis urbis effigies Aquila

expansarum alarum. quod est insigne Regni ex
primit si nimirum Corpus urbis sit si desfendam
corpori alitis sub utraq abutraq parte alis expansis
Caput vero excelso monti seu rupi vavello quod pau
latim assurgit conferatur. Unde Parnicium in Anna
libus Poloniae Pagina Prima Octavam 4tus edificia
5tus municiones 6tus agri 7mus Incolae.
Antonius Mallagonnelus Florentinus oratione
Ima de laudibus Innocentii duodecimi sic laudat
Neapolim: Neapolis Urbs omnium quas coelis con
vexitas ambit pulcherrima, ubi namq aeris mira
clementia, telluris urbis commercio felicius malle
et ipsa collium fertilitas in coronam perpetua
amenitatis educta. gaudentis naturae sedem, ac
Regnum ostentat, Genium tanti Urbis bellica
Civium virtus et studia pacis commendant:
ad hac, aperti mores et exculti, prona ad pietatem
mentes, nil tamen humile, aut vulgare spirantes;
nam supra corporis dignitatem ac decus forma;
tantus fidei pudor. Tanta nobilium animis
laxatae gravitatis venustas elucet; simulq tam
generosa belli ac vitae contemptio, ut facile
cinspicari sit Regiae indolis maiestatem dependere
dotes, privato fortuna gloria feliciorem.
Loci laudandi Animalia 1mus Rerum diversitatem
naturae et adiuncta animalium sunt diversi
2mus pulchritudo et elegantia corporis 2dus
robur virium 3tius laboris patientia 4tus agi
litas qua inter volucres aquila et accipiters
inter quadrupedes cervi lepores Canes et Equi
praecipue pollent
5tus Cantus quo aves plereq luscinia praesertim
praecellunt.
6tus humani Sermonis imitatio qua valent psit
taci corvi picae &c

cimus fides et amor in dominos quae laude hominem canis saepe antecedit, et hoc pro interim

Caput X

De Locis laudandarum Personarum

Ante omnes personas quas cuncti laudibus ornare ac super extollere debeamus Deus est gloriosus, cui uni in essentia trino in personis aeterno, infinito, immenso, immutabili, sapientissimo Creatori, Redemptori, Sanctificatori, honor gloria, majestas benedictio laus atque gratiarum actio in saecula.

Post Deum administratores ejus spiritus et custodes nostri fidelissimi Angeli, a sua excellentia et felicitate aeterna sua petiuntur praedicamenta tandem sancti et electi dei praeter hoc quod in templis dei cum deo regent felicissimi eadem laudum encomia habent cum hominibus eosdem locos ac fontes argumentamur

Loci seu fontes laudandi hominis ut dictum supra Cap. 8 hoc libro sunt adiuncta 3plicia

1ma quae antecedunt personam

2da quae sunt coniuncta cum persona.

3tia quae post mortem et in morte contingunt. de quibus vide ibi et hi sunt Loci laudandi.

Cum tamen insuper laudi personarum qualiumlibet etiam in particulari non solum in communi potissimum suffragentur bona animi, corporis et fortunae, imo fontes acuminum dicantur, ideo specialiter de illis agendum, non duxi praetermittendum, itaque de hoc triplici genere bonorum agendo ~~Anim~~ a...

De Fortunae bonis

Nihil tam male boni meretur nomen ac ea

quae vocantur fortunae bona.
Praeterquam enim quod sine illis veram laudem
consequi possunt eam insuper naturam habent ut
saepius obsint quam prosint, et vitiorum plerumque
instrumenta aptiora sint quam virtutum, sibi
quis tamen iis recte uti noverit iis non exigu
am laudis materiam reportabit
Hae autem fortunae bona revocari omnia possunt
ad haec tria Nobilitatem, divitias, et honores.
De nobilitate vide supra Cap. 8. nihilominus
Scias Nobilem si laudas excellendum erit in
ipsius avorum laudes, dum ostendes eum quem
tibi celebrandum proposuisti illis esse persi
milem, aequasse aut superasse maiorum vir
tutem illorumque praeclare facta. Clarioraque rebus
gestis obscurasse
Nobilem si vituperas dices eum non responde
re majorum virtuti eiusque ignavia fieri ut deho
nestetur gloria familiae, et vitiis vita offundi
tenebras generis splendori.
Si quem laudas nobilis non est docebis solam virtu
tem nobilitatem esse, quidquid tamen omnium nobilitatis
propter illam est vanum esse et inane nomen, mul
to esse praestantius ad laudem nobilitatem pepe
risse quam acceptam corrupisse facere ut per te
alij noscantur quam per alios non nasci velam
nobilitatem sed fieri non ab ortu peti sed affa
cri
De Diuitijs
Possima est divitiarum commendatio si cum
virtute coniungantur et liberalitas ab illis velut
e fonte profluat, si scilicet opum opera sub
veniatur necessitati miserorum, si oppugnentur
vitia virtutesque remunerentur, si ad salutem
tum propriam tum alienam divinamque glo
riam referantur.

Auctorem igitur laudabis in hunc modum. Bene non fuit fortuna cum te prodiga manu muneribus cumulaverit. Suis nequaquam id ad se sibi capiendi debet sed consiliis, non tribui fauore sed emeritis. Videt enim tuus licet animus per se beatus nullius admodum rei adminiculo egeat ad propriam felicitatem, ad aliam tamen requirit te ut suis augeret donis quod illustri virtutum documento luculenter ate comprobatum est, quam multos equidem et miserrima vita conditione abiectissima tuis expensas opibus recreasti, quam multos tua liberalitate sustentas familias. quam multorum egestati consultum. quod templa quod edificia tuis extructa sumptibus. quod virgines quarum pudicitia periclitabatur tuo beneficio collocatae quam praeclara insigniaque benignitatis tuae monumenta, quocunque intulisti pedem, reliquisti; quam multi qui adte calamitosi venerant felices ate recesserunt. non eos videlicet imitatus qui divitiis ad libidinem abutentes, locupletes se ~~ab~~ non putarent nisi egenos facerent quam plurimos nec felicitatem sperarent satis cumulatam se posse consequi nisi quam aliorum miseria peperisse ~~86~~

De Honoribus

Honoris nomine intelligi potest 1mo splendor quidam nominis et gloria quae solet esse praemium virtutis, et qua sola (ut ait Tullius) brevitatem vitae posteritatis memoria consolatur. atque hoc honoris genus quia in virtutis laude consistit non numeramus in bonis fortunae.

2do Alterum honoris est genus quod in dignitatibus ponitur et illud a fortuna pendere dicimus.

Ab honoribus laudatur aliquis 1mo si dignitatem aut honorem quem gerit acceperit ab ea persona quae dignos tantum promovere soleat.

2do si non fraudis aura et gratiae subnixus aliis eurexerit se se ad magistratum aut imperium sed meritis suis per omnes honorum gradus ascenderit

3tio si nimium non fuerit in petendis honoribus ambitiosus sed invitus ac pene coactus oblatos admiserit

4to si adhibuerit in gerendo honore moderationem nec infra se positos superbe despexerit sed potius promittit se ad infimum quemque humanissime demiserit

5to si cum laude delatis honoribus perfunctus fuerit.

De corporis bonis

In bonis corporis praeter terna volo numeranda scilicet Sanitatem, robur et pulchritudinem quae ad hominis laudem catenus conferunt quatenus ad usum optimum referuntur. atque

De Sanitate en quod Tullius 4to Libro Tuscu: N 40

Sanitas est cum ea congruunt inter se diet equibus constamus ex quo bona illa habitudo corporis et constitutio adque temperatio, viriumque firmitas et robur ad corporis et animi exercitatione ut ad equitationem, ad venationem ad militiam, ad studia, aliaque huius generis. Ita ut sanctas, tantummodo per effecta cognoscitur ita etiam per effecta laudatur.

e Sanitate taudis emanat laus si ostendatur eam nasci ex vitae temperantia ex voluptatum moderatione ex continentia in victu

De robore robur cum sanitate fere semper coniunctum est ut ab illa saepe non disjungatur laudem habet si cum animi fortitudine copuletur et virium utamur firmitate vel pro defensione amicorum vel pro salute patriae

De pulchritudine Vide quidem Cap. dicta de specie seu venustate nihilominus hic

Addo, quod pulchritudo laudis materiam praebet cum pudicitia modestia et fortitudinem adiunctas habet, tantoque maiorem praebet quanto illarum concordia rarior est.

Pauca pulcherrimo argumenta accipe
Platonis Libro 6to de Rep. fuit lex ut ad Rempu.
capescendam eligerentur, qui formae dignitate cete
ris praestarent,
Eadem erat olim quorundam apud indos populorum
sententia; qui neminem ad Regiae dignitatis culmen
extollerent, nisi qui pulchritudine reliquos omnes
anteiret. Idem censuit Euripides cum dixit
primam oris speciem Imperio dignissimam
esse. et Et vero Regnum scimus Wadzima dedisse
Ariobarzani suam pulchritudinem Etiamsi
Bajazetho et Caio Pisoni et Caesari detulisse
desponderisque Imperium ut Hispaniam Scipioni
subigendam tradiderat cum enim vero suos non
facerit pulchritudo Reges. cum sit ipsamet
Regnum augustissimum si Socratem audiamus
exiguis licet temporum limitibus conscriptum.
si Carmeadi vero credimus Regnum e non egens
satellitio nihilque ad constitutionem, vel ad conserva
tionem Imperii decore forma. praestabilius esse
videatur.
Marescshalcus comitiorum Coronationis Anno Dni
1697 Salutando serenissimu modernum Regem
Poloniae Augustum 2dum sui a virtutibus et
pulchritudine laudavit in sua Oratione
Niechaj tam wieki, y dawnieyszych czasow Kroni
ki Polskie swoich swiatu wystawiaią monar
chow ich chwalebne dziela, ich sławy y wszytkie
cznoty przeciągnionym tysiąc piorem. Ia krotko opo
wiadam że nigdy zazdrości. O minus felices ma
iores nostros. quibus tanta maiestatis fluit con
cessum non est. Co swiat w wieku wszytkich
przez nie mały wieku przeciąg uważał uznawał

y chwalić: to mi w tobie updaym, razem wszy
stko wydziemy, y bez pochlebstwa przyznaiemy
w tobie Lecha fortunę, dzielność Wyszomierza
Powagę Krakusa, Szczodobliwość Piasta Lesków
trzech woienną Ochotę, Mieczysława Bogoboy
ność, Bolesława Chrobrego męstwo y siłę, Bo
lesława Śmiałego wspaniałość, Kazimierzo
dwuch pobożność y sprawiedliwość albo rowno
albo lepiey y bardziey skompendyowane y skoncentro
wane. Czymkolwiek w doble przymiotów słowes se
vili literum, przez Henryka Walezyusza. mało
samo odolem, Polszcze przyniosło, z czego się
w dwuch Mieczysławach Oyczyzna nie cieszyła
ty unicum Patriae delicium wielkiemi snagladzas
talentami in cuius cultum odolem. Natura y przy
padek że w Bolesławie Krzywoustym, Zacnym
Leszku, w Władysławie Łokietku z grzeszety
tys u łodzy wspaniałą Maiestatem, y układną
od Boga y Natury daną postawił Symetryą
Zgoła decor omnis in bono. Prawdziwie dana
nasz miłościwy sublimei tuae maiestati dotes
ita inter ex plurimis singulos ut habere videaris sin
gulares
Tandem idea Platonem sic concludit Zych
we y wierne poddaństwo twoie z serca petrychła
dości wylewamy vota. Rex vive seu quis supe
rum sub imagine falsa Mortalis lates. hunc te
precor Coelum, nos precor aeternum populos rege.
De Animi bonis
Duo tantum numerantur animi bona. Scientia
et Virtus. de utraque pro institutione aliquid
Scientia humanorum bonorum
sianseus summum ac praecipuum est. Idea Xenofonten

fons omnium bonorum. Cui si etiam virtus et morum honestas longe redditur nobilior si literis coniuncta fuerit, imo nec stare quidem potest quaedam virtutum natura sine intelligentia scientiarum, ut prudentia et sapientia de praesentia ordinat futura praevidet et praeterita recordatur.

Laudem porro meretur maximam qui optimarum artium studiis eruditus est. Imo ~~praeclarat~~ si nec aliarum cognitione popularem captet auram nec inflatus tumore vanissimo se insolenter efferat, aliosque prae se contemnat. Sed modeste de se, suisque studiis; honorifice de aliis sentiens ac loquens, nemini se ante ponat. Submittat se potius omnibus quantum dignitatis, quam obtinet et decori ratio patietur.

2do si disciplinarum quas callet, in omnem conferat, ad patrocinium miserorum, ad insectationem improborum, ad ornamentum Reip: ad virtutis commendationem, ad propagationem divinae gloriae.

3tio si doctrinae quae est ornatus respondeat virtus; si quantum cognitione tantum excellat actione, utque rerum intelligentia, ita gestorum gloria emicat inter alios.

Virtus bonorum omnium facile princeps. Verarum omnium laudum origo per se una laudabilis per quam ornantur omnia, quae splendorem rebus obscuris, vilibus pretium abiectis dignitatem, vulgaribus honorem, contemptis commendationem accersit. De caetero vide supra in cap g

Virtutum porro nobilissimae et ad laudem illustriores hae s. Prudentia, Temperantia, Castitas, clementia Liberalitas, fortitudo et magnitudo animi His aliisque virtutibus, quo quis instructior erit, hoc

laudabilior existet. Sed
Advert[e], quod Principes tam viri quam femina[e]
proprias, ut virtutes, ita et laudes habent, quas
hominum vulgus non recipit.
Sunt autem hae et quidem viri Principis
1mo pietas in deum, liberalitas in subditos, Cle
mentia in reos, humanitas in omnes.
2do sollicitudo in administranda publica re,
iustitia, in protegendis innocentibus et coercendis
improbis, virtus bellica in hostibus domandis, modestia
infrenandis Cupiditatibus, Magnificentia in ?
gitionibus quâ praecellit modernus Serenissimus Augu
stus 2dus Rex
Feminae Principis hae sunt laudes et virtutes.
1ma Claritas generis 2da Sancta piaque 1ma aeta
tis educatio 3tia partus fecunditasque optimaque in
stitutio liberorum 4ta observantia erga maritum,
5ta Animi moderatio, pudor, integritas
vitae liberalitas aequalitas in rebus prosperis et
constantia in adversis. Religionis propagandae
ardens studium, et his virtutibus Reginas et Prin
cipes Poloniae floruisse vetera et recentia
testantur monumenta.
Atque ut vides has et his ex Locis hominum vulgus
non recipit laudes.
Similiter dicendum de alijs Principibus seu vi
ris in gradu praeeminentiae constitutis, quales
sunt Episcopi Senatores Duces etc. Nam hi iti
dem singulares suas habent virtutes, imo
ab invicem distinctas et sibi non communicatas,
quod consideranti patet, et intelligenti singulo
rum officia et munera.
Praeterea singulos hominum in communi, seu
fuerint Principes seu nobiles simplices, imo
insuper plebei dum adhuc sunt pueri Loci lau
dandi sunt hi:

1mo genus tam Paternum quam Maternum
et Vstatam utriusq similitudo
2do formae elegantia 3tio ingenii solertia
4to morum festivitas 5to Virtutes tenerae
aetati convenientes quales sunt: Pudor mo-
rum innocentia, puerilium ludorum contemptus
Itemq. maturioribq annis. quae proprie sunt
si eas imitabitur et exprimat quales sunt Pru
dentia, Gravitas. &c sic de Alexandro habe-
mus quod cum legatis Persarum duodennis
puer, plusquam maturus dissereret, nec cum
similibq aetate certare voluit, nisi Reges haberet
Deinde eosdem in communi dum adhuc sunt
adolescentes loci laudandi st hi
1timo Virtutes animi quae commendant hanc
aetatem, quales praecipue st. Dei timor Ob
servantia in maiores morum urbanitas ma-
gnanimitas ad res asperas
2do vires ingenii quas prodit quarumvis arti
um facilis et firma perceptio, et scientiarum
difficilium intellegentia
3tio Corporis dotes videlicet robur virium
oris decor et dignitas
4to Virtus etiam non vulgaris erit adolescentis
si vitijs, adolescentiae valet innatis careat,
cuius modi st. Animi levitas, iracundiae fer
vor, tumor arrogantia temeritas praeceps,
inflammata cupiditas &c
Loci laudandi in communi eosdem viros est
ipsa virilis aetas firma et potentissima abun
dansq magnis viribq nec cupiditatibq tam facile
serviens
Loci laudandi senes quos vis st hi 1mo Animi
constantia inter debilitates et incommoda sene
ctutis 2do

2do pietas singularis et religionis praestantia
3tio prudentia magno rerum usu comparata
4to virtutis absolute perfectio quam nullo vi
tiores labes sedcalpet, squibus tot aetas illa ob
noxia est,
Et hae pro intellectu sufficiant de locis laudan
darum personarum

Caput XII

De ornamentis ad laudandum spectantibus

Cum genus demonstrativum secundum libe
rorum sit insigne ac floreas pictum et
politum, fere quod ad voluptatem auditoris et ad
delectationem referatur. ideo maxime ela
borandum est, ut secundum eundem ordi
nem, singula verba et sententiae lepidissime
ita collocentur, et colligentur, ut sua sponte
in aures et animos influant auditoris hoc
autem fiet
1mo si verba nitida lenia sonantia figuris
iucunda translationibus magnifica compositione
elaborata gravia sint.
2do debent esse sententiae graves ac peracutae ani
mi plenae ac spiritus in quibus multo plus intelli
gatur, quam appareat, plusque sit acuminis quam
orationis et copiae
3tio figuris redditur oratio ipsaque quasi conspersa flo
sculis aut distincta gemmis illuminatur ac resplen
deat,
4to in omnibus his debet esse concinnitas hoc est
ut cum unum dicitur etiam alterum respondens illi
dicatur. quod fit vel cum paria paribus respondent
et contraria contrariis, fit exemplum parium ex
Oratore pro Sextio num: 139 At vero qui aucto
ritate qui fide qui constantia, qui magnitudine

animi consilijs audaciam restitelunt, graves ii Pluri cipes ii Judices ii authores huius dignitatis atq impelii Semper habiti sunt. Contrarie dlum exemplum ibidem Num 1.38 Mihi omnis Oratio est cum virtute. non cum desiderio cum dignitate non cum voluntate, cum ijs qui se Patriae qui suis Civibus qui laudi qui gloriae, non qui Somno et convivijs ac delectationi natos arbitrantur.

5to Eruditio etiam non raro resplendeat. Eruditione multis modis uti poteris vg

1mo per similitudinem idq v cum istis particulis sic ita quemadmodum &c v sine illis particulis hoc est statim per Antonomasiam appellando nomine erudito illum ipsum quemadmodum vel vituperamq. &c vg loco huius dictionis per similitudinem cum particulis sicut fuit Orestes Pyladi ita Paulus ponendo sic Orestes et Paulo qui designat amicitiam et sic in alijs loco eruditis ponendo Busiridem loco Oratoris Tullium vel Demosthenem loco Odiosi Vatinium, loco astuti Ulissem v Sinonem &c

2do per Comparationem etiam admittendo Hyperbolem. vg idq v superlectione v diminutione vg Aeneas facundia Hercule fortior, Ulisse dolosior Tantalo sitientior Cyclope vel Busiride immanior Cervo agilior vento ocior aspide nocentior, labirintho involutior, oleo tranquillior spongia bibacior Societate patientior, Cretense mendacior Pothio perfidior &c

3tio Ex quocunq Nomine proprio si possibile fac adiectivum et tribue illi de quo scribis. vg loco eloquens vir Tulliana eloquentia. loco perfidy

vivum Pannicæ perfidia et exemplari & Cætera intellecty imitari et exercitatio proderit.

Caput XIII

De Speciebus Orationum generis Demonstrativi

Species Orationum generis Demonstrativi pro ssimum numerant 1mo Ima Genethliaca 2da Epitalamica 3tia Muneratoria 4ta Colludans 5ta Gratulans 6to gratias agens 7ma inaugurans 8uo valedicens 9na salutans 10ma Parentans seu funebris.

Genethliaca oratio est ut ipsum indicat nomen quæ ad natalem diem celebrandum instituitur. Sciendum autem quod apud veteres fuerat mos natales dies celebrare, non hominum solum sed urbium etiam templorum magistratuum aliarumque rerum plurimarum quod scilicet nasci videantur cum primum incipiunt et his diebus solebant publicæ lætitiæ scena ubique proferere a litibus vocales cessare ab opere. Ultro citroque munera mittere, sedere ludos agere, convivia flames templis, lucernas fenestris, edium vestibula tapetibus obtendere vias floribus sternere et odorum suavi replere. Hi ergo ritus antiquorum erant in die natali et quibus facile per Prothasim et Etpodosim oratiunculas conunnabis vel et omnibus unam vel et singulis singulas modo iudicium adfuerit et reflexio ad Circumstantias supra Cap 8uo hujus Libri 4ti adductas et explicatas. Quod totum fieri debet cum explicatione lætitiæ et omnibus terum b.

Adverte sub Genethliaca Oratione, contineri etiam Oratio lustrica sic dicta, quae haberi solet eo die quo infanti nomen imponitur. is enim dies apud veteres lustricus dicebatur. Imponebatur autem nomen apud Romanos masculis die 9na die vero 8va feminis apud Athenienses die 10 apud hebraeos die 8vo apud alias nationes ut etiam apud Christianos nulla dies huic ~~ei~~ rei ~~instituta~~ huic rei certa constituitur.

Collige sub genethliaca Oratione etiam contineri gratulatoriam Patroni, tum quia gratulatio Patroni est gratulatio natalis diei, tum quia a gratulatione Nominis vel maxime a Circumstantia nominis videri debet de quibus singulis dicturus vide Circumstantias Cap. quo supra allatas.

Epitalamica Oratio est qua Neosponsis novam vitae societatem cum apprecatione omnium felicium successuum gratulamur. Nota quod hanc Orationem praecedunt orationes rectoriae inserti: Item subsequuntur rectoriae annuli cuiuscunq generis ut torquis, pulo martipani, lapidum pretiosiorum, nisi forte istarum singula velveris contineri collocareq sub muneratoria. Epitalamicae Orationis maximus usus prae reliquis

Muneratoria Oratio est qua utimur in reddendis sive nostro sive aliorum nomine muneribus quaedam illa sit et quocunq loco et tempore offerenda

Collaudans Oratio est quae personam aliquam post editam a se egregiam functionem laudamus. ut in nostra solemnis mos est etiam publice in scena tu laudare Regem post victoriam. Item inter gratias agendum dilaudare legatos ab exteris

vel a comitiis magnis Reduces tum duces post bella vel aliquo quovis munere et officio bene meritos de Patria Civium affectibus Cives Quomodo talis Oratio conficiatur Vide Supra Cap 7mum quoties tum Amos de laude.

Oratio Collaudans est vulgo Panegiris quaecunque de quacunque actione dicta alicuius nominis intelligi deberet

Gratulans Oratio est qua laetitiam nostram testamur alicuius ob acceptionem boni et devitationem mali, cum voto ut illa felicitate quam diutissime perfruatur

Gratiarum actoria est Oratio seu Eucharistica qua beneficium ab aliis acceptum honorifice depraedicamus

Inauguratoria Oratio est quae haberi solet dum aliquis ad dignitatem exhibetur unde aliter dicitur gratulatoria dignitatis

Valedictoria Oratio est quae peragere proficiscentes Parentibus Praeceptoribus et amicis valedicunt

Salutatoria Oratio est qua laetitiam nostram advenienti contestamur

Parentans seu funebris Oratio est quae instituitur in laudem demortui vel consolationem leniendumque dolorem amicorum in publicis exequiis.

Et hic diligenter sciendum est ritus variarum gentium in mortuis efferendis, lugendis, sepeliendis. Sic Romae mos erat, quem Cicero in Oratione nostra scilicet Philippicum nona refert quod Senatus auctoritatem suam in virorum fortium funeribus ornamentis ostendere solitus fuerit &c

Hoc genus Orationis inductum est Amo cet sug

virtuti ac meritis honos habeatur. Deinde ut virtutum quibus enituit dum esset in vivis defunctus commemoratione accedantur posteri ad imitationem. Denique ut supra dixi, ad leniendum dolorem amicorum.

Quomodo singulae harum orationum construi possint, non praescribo modum, sed si magnas orationes alias panegiricos volueris conscribere remitto te ad libr. 1m Cap 5 6 7 8 generatim scilicet ad partes orationis, quomodo autem hoc ipsum fieri debeat, habes exempla in dispositionibus si breviores ut moris est. Remitto te ad Libri eiusdem Cap 11 Scilicet ad argumentationes poteris tuum conficere opus, quomodo vero tam majores quam parvas debeas disponere et in qua forma hic opus et judicio nihilominus tamen consule eiusdem Libri Capi ultimum ibi enim doctrinam traditam habes quo tam partes orationis quam argumentationes disponi possint et soleant. attende ergo

CAPUT XIIII

Caput hoc coronidem operi imponit unde in hoc Capite etiam trium causarum genera coronare aliis praxibus ornare decrevi. Ars enim tota in praeceptis tradita, nisi in praxim et exempla evadat, vana est consumpti temporis magnitudo. quae etiam amanda justo obruat odio Ast quoniam toto hoc semestri tam in dispositionibus septimanatis allatis tum in formis frequentioribus quam in stemmatis feliciore traditis ad variam materiam pulcherrime accomodatis non contemnendam supellectilem plurisam

provisam habeatis, superfluum magis esset repete-
re eandem, tanto certius quando hodierna
totius semestris ultima expirat dies verum
qd totum nostrum coronat laborem hoc in
capite referre. Nimirum orationem in dignis
ratoriam simul et salutatoriam Ill. Perillu-
stris ac Rdssimi Dni Dmcti: Petri Dra-
clovii Sacrae Theologiae Doctoris et Professo-
ris Collegae Cracoviensis Ecclesiarum Collegiata-
rum S. Floriani ad Cracoviam et Ilcensis
Decani Praepositi Proszoviensis, ... Schola-
rum Novodvorscianarum et Contubernii Hie-
rosolimitani Provisoris Studii Almae Univer-
sitatis, huius septimestris (qd illi felix faustumque sit)
Generalis et vigilantissimi Rectoris dicendam
hodie demo Calendas Novembris Anni Praesentis
1605 feria quinta post festum Dici Joannis Cantij
qdo hora pomeridiana auspicato fatalique hospes
in hac schola Rhetorices pro instanti commuta-
tione Hyemali praemia singulis Rhetoribus
dispensatum est.

Refulgente vice septima tuis in manibus Rectora-
tus honore quod ni tui Rhetores omnes alte m
ad salutandum adhibeant animum indulgen-
ma solvant hilario Rector et magnifice Perillu-
stris et Adm Rde Dne d.

Velut te colum non tam arte oratorum
quam plaudere libero tripudio constituit
ad festivos triumphalium tuorum virtutum
concentus, quibus academicum orbem recre-
ans abyssis collusceptris et exoptatis meritis

Nempe fulgentissimi Maiorum splendores tui pectoris non alias confluxere quam ut ad communem laetitiam nec non eruditae gloriae augendam lucem profluerent. Has magnificeque hermo nisi habuisset augustius non reluceret. Ille album addidere calculum ut experere tis feliciorem cnalius, qui suavissima paterni vultusque maiestuosa authoritate vigilantia singulari prudentia pene divina eam provehis dignitatem, ingentis animi quo hac malorum tempestate nimium saeva publicis liberari Dominiis obeundis cum admiratione functionibus vel sola sufficiat. Hinc si ad auspicatam honoris inaugurationem suavissimusque serenioris coeli accedit est concentus non sine praecipua divorum dignatione, inde in nupera electione felicissima tranquilla fulsisse, in astris tempestas nisi ut solum applausisse, constet tuis fascibus, quos supplices omnino admittere debueras ut concordibus ex relato votis, ad te expeditos. Gratulamur ipsi honori suum honorum gratulamur non aliis avibus quam columbae coelestis septiformi gratia dilectissimae mundo te merito inauguratum et erectum. Gratulamur quoque nobis quod eum orbis academicus Rectorem veneretur quem beneficentissimum parentem nostra in literis crescens gaudet intueri iuventus, quo rapiet in majorem longe laetitiam si tuas magnifice Domine nobis indulgentissima hic explicabis gratias.

Et quidam autem cum e magnifico Dno Rectore

etiam Perillustris et Adm. Rndg Dng et Mar
ting Oslaski Sacrae Theologiae Professor
Ecclesiae Collegiatae S. Floriani ad Cracoviam
Canonicus, ejusdemque Scholarum Nowodvorscianarum
Viceprovisor dignissimus factulus est et hospes
et praemiorum condispensator vides utrumque sta
re alter salutatoriam al potitoriam excipiet
Orationem. Gratiae cuncis fatendum est tam si
mus audi quam literali ascensus desiderantes
dispensatricem praemiorum suspiciumq exoptaui
nobis tecum est. Dne Rector. ac tu Perillustris
et Adm. Rnde Dne Viceprovisor noster dignissime
olimini ambo tanquam cum sole novo quia:
spem in altiorem nos erigitis. Oluminis cum
grandibus astris Sapientiam ac in nos maxime
benevolentiam ex quo gratiosum influxum et co
ronamentum, V ex eo ambiliq recipere qd dul
ces in bonum omnes stimulos a vestra praesen
tia Solemq expeditis. Sed. si omnes eadem
et aequalis aspelamq meritis in aequales
cum Theologiae certitudo vestra doceat etiam
merita non esse causam praemiorum et sola digna
tio.
dignas efficit Cer
te omnis te portandem incalescere debebit si quan
tum per illum nobis detrimenti Motum et tan
tum supplebitur ex altissimo judicio vestro, ubi na
turae dotes, et labor meus propugnatulus est
nostra conatg ibi si triumphabimq vestrae dignita
ti referemq. in acceptis, quae non expectat, sed
facit emeritos et dignos et tales quibus

post merita nequeant esse. Quod supplices
a vobis Arbitri nostri indulgentissimi dum
nos plura in verba nominea obtinuerimus toto
vitae cursu illis cum votis vivemus ut summis
vos in honoribus vestrae virtuti debitis non solum
fulgeatis, sed in memoria saeculorum sempiterno
monumento aucti verae gloriae jubare radietis
perennes ac felices.
Atque tandem cum hic ab oratorum consule
maximo triumphatore animorum invictissi
mo splendidissimo Curiae Romanae sole Rhetoricae
decore et ornamento alumno ac parente
totiusque eloquentiae latinaeque facundiae fonte in
exhausto Marco Tullio Cicerone ad Caium Heren
nium conscripta hac commutatione assuma
vobis futuro in orbe Polono magna lumina
Juvenes lectissimi a me tradita et explicata
verba praecepta dum corono majorem Dei
Teroptimi maximi gloriae Beatissimae semper
Matris semper Virginis charitate honori Beati
Joannis Cantii Patriarchae Regni et Academiae
Patroni cultu nec non toti Curiae Coelesti inde
bitam venerationem
L. D. D.

In Tuo Nomine Jesu dulcissime incipio

In Orationem Marci Tulli Ciceronis pro Rege Deiotaro ad Caium Caesarem

Praefatio

Et hoc in more institutoq periculosum positum est summa nisi et magna persequantur, minoribq dedignent imminere. Eloquentiae Candidati ad maiorem Reip: crescentes J.X. ~~Procedas~~ Provectiores scilicet quaerunt veluti fulmina turres; et turbinis ictu dejiciunt, quos inveniunt, parent conditionem superasse. Purpureus Monarcharum ascensus, triumphatrici plante Regnatricis subsellia, aliaq Principum solia toto quia vertice supra sunt, tales patent ad procellas, depressiores casae tanto angustiae quietis securissime extra omnem vivunt casum, quanto angustiores. Vehementes in praeceps, quia carent unde cadant, haud perhorescunt impulsus quos eminentiora fastigia, iam alieno a coelo venientes, iam dominatos, sive partitim, sive conjunctim paratos timere, expectare, et pati coguntur. Simile quia nolunt provocare interitum ter quaterq beatus. nuper in Capitolio Publicola, etiam fastigiata domus sua tecta demiserat nec nun indonaverat. Neq minus aureo Gallo Graeco Diadematis vertice refulgens, Deiotarus felix esset, si ut a Caesare parte Regni diminutus ita ~~toto~~ succubuisset. Non enim amplius ille desideratsimq avus a crudeli Nepote, maiestuosus senex, a temerario Adolescente Castore.

benefactor a cliente, innocens a scelesto, gladio sic primus Dux a nefario fugitivo Rex denique a sub- dito in tantam discrimen Vulcaniam propelli curaretur. Adeo semper maximum magnis discrimen idemque altitudinis et periculi centrum est in aurea magnae fortunae sphaera. Cujus rei locupletiorem habitum veritatem hanc, pro Capite fortunis Re- gis Deiotari, a Consule maximo Latinae eloquentiae Principe Tullio dictam Orationem diligenterque sum- mite resolvendam item in Dei Nomine quidam praemitto Praecognita.

Praecognitum Imum
De Argumento hujus Orationis

Deiotarus Rex Gallo Graeciae bello Civili Pompeii partes secutus fuerat. Victo Pompeio, discedens ab armis iuvit pecunia et equitatu Caesarem bellum gerentem Alexandriae contra Farnacem enim[?] datis Filium, imo Pontico bello etiam ipse in castris fuit. Confecto bello Caesar cum Deiotaro, quamquam partem Regni partem ademisset, tamen Regem illum appellavit. Imo insuper cum in partes illas venisset, hospitio etiam usus est, et donis etiam hospitalibus, a Deiotaro Regio more donatus est. Caete- rum Nepos erat Deiotari ex Filia Castor Nomine qui sive fraude aliqua adductus, sive motus vero cri- mine (nam secundum Sulvium[?] ambianum non ca- rebat Deiotarus suspicione) Avum detulit apud Caesarem quasi eum domi suae versantem occidere voluisset. addebat insuper quod semper alieno fuisset animo

ideoq et exercitum comparasset. Quibq criminibus delatus per Fidippum medicum servum Deiotari, qui cum legatis Regiis missus fuerat, Caesari etiam Ciceroni non ignota fuerunt. quibus Cicero indigna tus, conscius innocentiae Deiotari praesentibq ipsis legatis Regiis cum et ipse Castor adesset hanc Ora tionem privatim apud Caesarem habuit. Nihilominq nihil profecit, nam Deiotarum non fuisse Caesari recon ciliatum ex 2da Ciceronis Philippica, cognoscere est ubi negat Cicero cuiquam Caesarem, quam Deiotaro fuisse inimiciorem aequo iure nec praesens nec absens Deiotarus quidquam aequi bonive unquam impetra vit. licet absenti Cicero semper adfuit, nihil tamen aequum unquam sibi Caesar videri dixit quod pro illo Cicero postularet

Tandem defuncto Caesare et patrem adempti sibi Regni et ceteras suas res, Deiotarus, marte suo recuperavit.

Praecognitum 2dum
De Occasione fine genere Causae et dicendi tum statu hujus Orationis

Patet ex praecognito Imo occasionem praesentis orationis fuisse crimina Regi Deiotaro falso ab accusatore, coram Caesare objecta.

Finis itidem patet ut scilicet Cicero ostensa inno centia Deiotari, in Gratiam Caesaris eundem Deiota rum restituat.

Genera Causarum st. tria Demonstrativum Delibe rativum et Judiciale

Praesens Oratio quae stat defensione Ciceronis (quid praecepit accusatio Castoris) pertinet ad Genus Causa judiciale

Genus dicendi est triplex Sublime, mediocre, et infimu,

Hac Oratio constat genere dicendi sublimi, nam hoc et Caesaris majestas atque dictae orationis materia gravitas, et Deiotari Innocentia et ipsius Ciceronis auctoritas requirebat ut exquisitus orationis apparatus fuisset.

Status sunt tres Conjecturalis, Definitivus, et Qualitatis,

Praesentis Orationis est status Conjecturalis nam quaeritur. Utrum Deiotarus Caesari apud se hospitio utenti insidias struxerit

Praecognitum Sextum

De Methodo et Partibus huius Orationis

Methodus est duplex S: Syntetica seu Compositiva et Analitica seu Resolutiva

In hac Oratione procedemus Methodo Analitica nam procedemus a prima eius parte scilicet Exordio ad secundam seu Narrationem tandem ad alias Partes ipsius Orationis et sex nempe Exordium Narratio Propositio Confirmatio Confutatio et Epilogus et iam sit in Dei nomine

Caput I. mum

De Prima parte Orationis Exordio

Exordium e prima pars Orationis in qua auditoris animus praeparatur ad audiendum reliquum sermonem in Orationem

Exordium e duplex Primum Rectum seu Principium alterum Obliquum seu Insinuatio,

Rectum est, in quo statim recte et aperte attentio et benevolentia docilitas paratur

Obliquum seu Insinuatio e in quo callide et latenter eadem quae in recto efficiuntur

In hoc Oratio Exordio Cicero per Insinuationem

pareat sibi attentionem Caesaris benevolentiam et docilitatem. nam antequam incipiat benevolentiam apud Caesarem conciliare prius se extimescere et conturbari asserit, deinde amplius volens eundem Caesarem benevolum reddere, ostendit gravitatem criminis Deiotaro obiecti, ostendit innocentiam eiusdem, et merita in remp: Romanam; tandem accusatores in contemptum, odium, et invidiam apud eundem Caesarem adducit. singularem Caesaris clementiam extollendo ex quibus omnibus ~~[illegible]~~ tandem fit Caesar docilis ultimo attentusque ad audiendam reliquam orationem.

Fontes Exordium sunt quatuor ab Opinionibus Divisione superabundanti et Circumstantiis

Praesens exordium sumptum est ex fonte Circumstantiarum personarum et rerum.

Personae sunt Deiotarus accusatus Castor et Philippus accusans Cicero defendens Caesar Iudex tres sunt Crimina ab accusatoribus falso Deiotaro obiecta.

Exordium hoc constat duobus Enthymematis quorum primum tale,

Grave est et inauditum Regem illumque bene meritum criminis insimulare, adeoque reum capitis esse, ergo gravius et periculosius est eundem defendere; quod ego faciens, merito initio orationis commoveor

Dispositum hoc Enthymema Rhetoricaliter per formam quadripartitam Ima Pars Fol: Protha Exordii est ex consequente a principio orationis ibi cum in omnibus Causis gravioribus C. Caesar. &c 2da Pars ~~[illegible]~~ Cor ex Antecedente ibi primum dico pro capite fortunisque Regis 3tia Pars Exordii Auxesis seu Rationis Ratio exponendo illam crudelitate

Castoris et Fideppi; quorum alter Nepos alter servus Deiotarum accusabant quod etiam ipsum accusatio perturbet Ciceronem vel maxime tamen Castoris estq ibi Crudelis Castor ne dicam scelleratum et impium. Sta Pars Forma Comple. ex Repetito consequente ibi: perturbat me Cai Caeser etiam illum interdum

Enthymema Ecum tale, Sola tua Caesar benignitas et clementia me in spem meliorem erigit Ergo tanto cum majore fiducia pro conceptu aggredior sermonem quanto magis tua benignitate et clementia hanc mihi perturbationem in minui intelligo.

Disponitur tantum per Forma Repartitam. Ima pars Apodosis ex Antecedente ibi. sed tua Cai Caesar praestans &c Eda pars Etiologia Cuius sensus est: tum quia privatis hujus insolentia loci grande mihi incutit timorem: tum quia si publice in curia prolatam emerito qua toga qua sago Reye, perorarem totus populus Romanus aplausisset. estq ad Imu ibi Moveor etiam loci ipsius insolentia &c. ad Ecum ibi Nanc enim Cai Caesar causam si in foro, Sta Pars Bessetes &c. Quod quoniam augusto ea Sali

Elocutio ex Repetitione patebit

Grammatica et Rhetorica Explicatio

Cum in Omnibus Causis &c

10 Quae fortuna aut quis casus aut quae tanta potest iniuria omnium mortalium decretam virtuti debere gloriam et famam.

11 Magnitudine animi, gravitate, constantia, non modo ad bene sed etiam ad beate vivendum, contenta Virtus est.

12 Non solum ingratus sed etiam amens est qui benefactori succenseat.

Et hoc sufficiant de ista parte orationis Confutatione

Caput XVII Orationum

De Ista Parte Orationis Epilogo

Epilogus 6ta Pars Orationis huius Incipit a Nu 39 ibi
Labelo equidem Regn Deiotari Causa &
Epilogus ad Affectus totius Orationis exitus
Epilogus iuxta doctrinam Rhetorum hic partes tres Ana-
cephalaeosis seu Enumeratio argumentorum Con-
firmationis vel Confutationis Idea Amplificatio
seu gravior extrinsecus speculatio Item affectus
In praesenti Oratione Cicero omittit Anacephalaeo-
sin et Amplificationem, tamquam breui Oratio-
idem Accusator enim diligenter argumenta defen-
tele debet, propterea ut in Iudicibus argumenta exci-
tare facile fiant, tamen insideat animo Iu-
dicis maxime movere et inclinare Defensor
misericordiam quod et Cicero facit id
Cicero in hac Oratione ut moveat affectus ex quatuor
fontibus sumit illos et quidem
1mo A natura et indole Caesaris, qui Calamitosis
consuevit subvenire et neminem cui iratus fuit si
semel cui veniam donavit. Imo postquam ipse Caesar re-
misit, hanc Orationem, antequam ponet Cicero, plures pla-
cem defendit dictus propter amicitiam quam Deiotarus
et bonum commune cum Deiotaro inuit Ergo ibi Sub N 39
Labore equidem Regis Deiotari Causa.
2do movet affectum ex misericordia in Caesare
a persona et conditione Deiotari et Filii illius tum
quia Reges sunt, tum quia Deiotarus et Filius eius
non remitterent periculo suo nec nunc omnem salu-
tem in desperationem adducere videtur ex illis Propono
nobis duos Reges et in animo contemplare
3tio ab affectus legatorum virtute Blesamii et Antigoni
praecipue hic, qui suam salutem atque fidem pro Deio-
taro interposuerant et semper loco Deiotari se habere
voluerunt Unde Cicero ad excitandam commodius Caesaris
misericordiam breviter facit non nullorum argumento-
rum subiecit, in Confutationis et ultimum nempe
de insidiis in balneo et scriptis Blesamii ex illis

patilo post Nu: 41 Corpora vero sua pro salute Regis ... Nu 40 Varij clausulam orationes quas ... ab opposito ... Caesarem quo cum ... se ... imperatoribus Regibus ... praesenti in negotio ... Deiotaro ... Nu 43 ... coram pro ... fuit cog... tatum sit &c Eloquentiae ...

Grammatica et Historica explicatio

Clementiae monimenta &c

Monumentum vel monimentum deducitur a verbo moneo sunt autem quaecunque tituli sepulchra statuae fana pole carmina Historia documenta doctrina libri ... custodiri Dicuntur autem monimenta quod ... ut moneant ... tento in cuius memoriam posita sunt.

Hieras Blesamius &c

Ista nomina Hieras Blesamius Antigonus et Dorilaus sunt nomina hominum ... Gallograecia qui legatorum officio ... ad Deiotarum ... ad Caesarem quantae virtutis ... oratione patet. Fuit et alius Antigonus Rex Macedonum et Dorilaus vir cretensis Regi militum ... peritissimus

In Deiotarum Tetrarcham

Tetrarchia est ... pars Regionis cuius ... Imperium et Tetrarcha dicitur qui quartam partem Regni ...

Dogmata et Sententiae morales

Iuste eius causa laborandum est cum quo amicitiam Respub: conciliavit, hospitium voluntas utriusque coniunxit familiaritatem consuetudo attulit ... vero necessitudinem ... ejus officia in illum et in socios eius ... erga ...

... misericordia Caesaris ... ipsa ... tuis ... et calamitosis ... oratione ... monumentum est ... clementiae ... ... dedisse.

4 Dua in pluvatn gloria est multo magis commendantur in Regibus

5 Semper Regnum nomen decentem in Civitate Sanctum fuit, sociorum vero Regum etiam colunt Sanctissima

Et haec sufficiant de Epilogo. et de omnibus totius Orationis Resolutionibus cedant ad ejusdem Dei gloriam ter optimi maximi illiusque venerationem,



In Nomine Domini Amen.

In Marci Tullii Ciceronis Philippica nona.

Præfatio

Non strenui duntaxat heroes post collectum martis in arena pulverem pacis quoque ac tranquillitatis studiosi Cives acclinatos in venerationem ingrediuntur arcus. P. T. Neo Rhetores Nobilissimi.

Ad communem rerum parentem naturam etiam hoc spectare visum est: ut tam hi qui in sago vitales trahunt spiritus, quam qui in toga, tuendæ student Patriæ servatorum Civium, Civicas, emereantur coronas. Quapropter non se sæpius, vanam, in militaribus viris emulationem, non ne superfluant laborum suorum æstimationem dicendum atque iudicandum est: quasi ab illis solum incolumitatem suam, habeant Regna et solis nisi illis laudem, honorem, literas, ac monumenta, veluti lege quadam debeant. Ab eodem in Patriam amore procedit et armis dimicare: certare pro fortuna suscepimusque Patrijs et necessarias in rem communem, præter bella et conflictum ad sanguinis effusionem, exantlare functiones. Satis bene, pro aris et focis decertavit: cui præcipuum studium bene velle nativo solo: et se præstare eum qualem fides, conscientia, obsequium, et publica demandata provincia postulant est aliquid quod triumphales spiras supra honores. Haud ego tenuitatis meæ conscius talem prorumpo in orationem. Magnus Romæ Consul Pater Patriæ ac latialis eloquentiæ Princeps Tullius protestantis perorat plausibus. ubi, non in bello solo vitam cum sanguine profunderati: verum etiam, tranquillam in legatione mortem obeunti amplissimo viro Servio Sulpicio triumphales eligi censet statuas et Mausolea.

Loquemini vos quoque Neo Rhetores Nobilissimi hoc eidem; atque non ad palmas modo ad laureas quoque enutritis animabus concedetis triumphare: quod si hac aestiva commutatione Anni 1705 huic Orationi in Marcum Antonium Philippicae nonae studueritis diligentius resolvendo.

Praecognitum Imum.

Quod sunt et Unde dictae Philippicae Orationes

Scias quod tales Orationes, sunt numero 14 Suntque habitae a Cicerone partim in senatu, partim ad populum, partim ad Quirites. Praesentem Orationem nonam peroravit in Senatu. Scias 2do quod istae Orationes dictae sunt Philippicae propter imitationem; Nam Cicero se totum ad imitationem Graecorum contulerat. Quemadmodum ergo Demosthenes apud Athenienses vim Philippi Regis Macedonum Oratione sua fregit atque vicit. ita et Cicero Demosthenem Imitatus durentem Antonium pestem et procellam Reip: Romanae anhelantem, quia hisce orationibus insectatus est Philippicas appellavit.

Praecognitum 2dum.

Quae est Occasio et Argumentum Philippicarum Orationum

Cum Marcus Antonius, reviviscentem Rempublicam post interfectum Caesarem, vix duobus mensibus liberam sivisset ad eamque opprimendam, animum abiecisset, Cicero sperans Antonii libidinem, fines non excessuram in Graeciam ire statuit. Sed in probitate et rasi Dextra Antonii, ex ipso itinere revocatus Romam redit Antoniique furori et latrociniis pro Republica et pro bonis sese obiecit hasque Orationes, in senatu et ad populum, contra Antonium habuit. modo omnibus contendit ut Antonium furentem diuanio bello ia ipsimo aggrederentur, et efficerent, ut aliquando Respublica illorum virtute defensa requiesceret.

Praecognitum 3tium

Quod est Argumentum Praesentis Orationis

Scias, qd lex fuit scripta: ut qui in legatione interficeretur illi ipsi statua equestris in Rostris statueretur, et publico sumptu sepultum cum elogio extrueretur. Ital
Itaq Servius Sulpicius in legationem ad Antonium obierat de ejus honore cum consultaretur, Cicero hanc sententiam dixit, qua censuit. et statuam ponendam, et sepulchrum publice faciendum esse dissentiebat Publius Servius, qui sepulchru tantum decernebat, quod Sulpicius, non ferro sed ex valetudine intelligisset. Contra quem sic disputat Cicero ut doceat, ex voluntate majorum, non genus mortis, sed causam spectandam esse, propter quam aliquis obierit.

Praecognitum 4tum.

De statu hujus Orationis!

Scias qd status est quaestio. porta ex prima causarum conflictione, vocatur alter quaestio, causa constitutio, cardo rei generalis propositio, et iuris peritis dicitur, litis contestatio,
Status est triplex. Primus coniecturalis, in quo quaeritur an aliquid sit factum. 2dus definitionis in quo quaeritur quid sit factum et quo nomine appellandum 3tius qualitatis in quo quaeritur quale sit ne iure vel iniuria factum.
Status praesentis Orationis, est status qualitatis. Scilicet. qualis nam honor Servio Sulpicio tribuendus est: et utrum iure merito statua ipsi et sepulchrum publico sumptu eligendum,

Praecognitum 5tum

Quis finis et quod genus dicendi in hac Oratione

Finis hujus Orationis est, ut Cicero evincat. Servio Sulpicio, in legatione obeunti: statuam in Rostris aequestrem et publico sumptu cum elegio sepulchrum eligendum.

Genus dicendi in hac oratione est mediocre seu temperatum.

Praecognitum 6tum

Quodnam sit Genus causae et quaestionis in hac Oratione
Genera causarum sunt 3ia Primum Demonstrativum in quo laudamus vel vituperamus aliquem 2dum Deliberativum in quo suademus vel dissuademus 3tium Judiciale in quo in quo accusamus vel defendimus.
Genus causae in hac Oratione est deliberativum. Suadet enim Cicero statua et sepulchro Sulpicium honorandum esse
Quaestionis genus in hac Oratione est finitum seu Hipotesis Ratio quia quaestio in hac Oratione certis circumstantiis loci et personarum circumscribitur ac limitatur. Scilicet an Sulpicio statua aequestris sit ponenda per legem scriptam

Praecognitum 7mum

De Methodo et Partibus hujus Orationis

Cum duplex methodus sit duplex alia Sintetica seu compositiva alia Analitica seu resolutiva, in praesenti Oratione est Methodus Analitica, nam totam Orationem hanc in suas partes Deo favente resolvemus

Partes hujus Orationis sunt quatuor expresse.
Exordium Propositio Confirmatio et Epilogus,
Sed adverte quod etiam Narratio intermiscetur nam Cicero narrat in primo argumento confirmationis quomodo Servius Sulpicius progressus est in legationem ad Marcum Antonium.

Adverte 2do quod sit implicita etiam confutatio nam Cicero sparsim in confirmatione solvit obiectiones et argumenta Publii Servii,
Quod in qualibet parte Orationis considerabimus ista quinque Inventionem, Dispositionem, elocutionem, Historicam explicationem, et Dogmata Moralia seu sententias, quascunque tantum habere vel eruere poterimus.

Caput 1mum.

De Prima parte Orationis Exordii

Exordium est principium Orationis per quod animus audito-
ris preparatur ad audiendum reliquum sermonem in Orationem.
Exordium est duplex Primum principium seu rectum cum
scilicet statim auditoris animum idoneum nobis reddimus
ad audiendum, ita ut ~~apert~~ atentum docilem et benevolum habe-
re possimus 2dum insinuatio seu obliquum in quo latenter ver-
bis per dissimulationem animum auditoris captamus
In hac Oratione Philippica scilicet nona, est exordium rectum.
Fontes exordiorum sunt 4or Primus ab opinionibus 2dus ab
oppone, 3tius a suprabundantia 4tus a circumstancijs.
In praesenti Oratione Exordium est dictum a circumstancijs
personarum rerum et legis. Personae sunt Cicero, Sulpicius,
Philippus, Piso, Res sunt legatio Sulpicii mors eiusdem et sta-
tua: lex est quae iubebat mortuo legato statuam erigere.
Nota: Exordij sunt partes 4or Prima Prothasis 2da Catasceve
3tia Apodosis 4ta Basis.
Istud orationis exordium habet omnes istas 4or partes. Inventio
et Dispositio exordii per duo Enthymemata est talis, Enthyme-
ma primum. Si Sulpicius legationem renunciasset reditus eius
salutaris Reipublicae esset. Ergo Cicero mallem ut vivo Sulpicio gra-
tias potius ageremus quam mortuum honoraremus. Disponitur
artificialiter per formam Bipartitam, Prima pars exordij Pro-
thasis ex consequente a principio Orationis ibi vellem dii
immortales fecissent &c 2da Pars exordii Cathasceve seu
Ratio est ex Antecedente ibi: Nec vero dubito quin si &c
2dum Enthymema pro Apodosi et Basi tale: Et si alii
hoc legationis munus obire potuissent Sulpicius tamen cum
omnibus esset sapientior, felicius obijsset. Ergo cum subita
morte ereptus legationem non consummaverit nihilominus
illi tanquam legato iustus honor tribuendus est

Disponitur naturaliter per Formam Bipar: Prima pars Apodosis ex Antecedente ibi: Non quod Lucio Philippo et Lucio: Is soli &c. 2da Pars Basis Exordii est ex prima parte consequentis ibi subito ereptus e causa.

Elocutio Exordii ex repetitione patebit Grammatica et Historica explicatione

Patres Conscripti.

Patres vocabantur Senatores Romani propter Nobilitatem auctoritatem, puram sapientiam, propter aetatem vero senilem Senatores, ut Ovidius testatur.

Et Senibus nomen mite Senatus habet.

Et locus ipse in quo concilia erant Senatus dicebatur. Hos primum Romulus instituit, eoq nomine appellavit. quos dignissimos ordinat. centum. D...

Tarquinius Priscus crescente populi multitudine alios centum adibit. Brutus pulso Tarquinio Superbo Rege et Regio nomine abolito addidit centum. Indeq vocati sunt conscripti. tandem a Silla, Julio Caesare, alijsq post Imperatoribus adeo numerus eorum auctus fuit ut mulenarium excederet, hic Ordo erat amplissimus et quod statuerat ratum habebatur consentiente populo. Senatorum enim erat consulere, suadere. populi vero acceptare et confirmare.

Servio Sulpicio &c

Servius Sulpicius iurisconsultus ~~con~~ insignis fuit Ciceronis temporibus qui a Senatu legatus missus. ad Antonium Reip: bellum inferentem, ea in legatione periit quo nomine illi statua et monumentum publicum in campo Martio est decretum,

Lucio Philippo

Lucius Philippus fuit insignis Orator Romanus primasq de Morum stirpe. dictusq Lucius quod prima luce esset natus, ideo

Dogmata et Sententiae morales.

Imum Nihil utilius et salubrius Reipublicae est cum optimo civi gratiae aguntur Deo. quam mortuo gerunt honores 2dum Optimi Civis reditus omnibus gratus est et Reipublicae salutaris. 3tium Sapientis Viri ~~et~~ e Vivis excessus orbant et desolatam relinquit Rempublicam.

Caput 2dum

De secunda Parte Orationis Propositione

Propositio est pars Orationis, in qua totius Orationis summa proponit

Propositio est duplex

Simplex et Coniuncta

Simplex est quae unam rem proponit Coniuncta quae duas vel plures

Item propositio Coniuncta est duplex Prima seiuncta quae plura proponens, alia se iunctis seu reiectis quod habet controversiam solum tractat, 2da digesta alias partitio, quae enumerat, quid et quibus de rebus dicturi sumus et insuper addit numerum et Ordinem dicendorum.

In hac Oratione Propositio est simplex unam enim tantum rem Cicero proponit, scilicet. quod Servio Sulpicio in legatione obeunti honor statuae ex lege sit decernendus.

Nota, quod Cicero hanc Propositionem non simpliciter eloutus est. sed per comparationem cum aliis legatos, qui aliquando in munere legationis obierunt, ne ibi sub numero 2do. Quod si cuiquam unquam honos habitus est &.

Elocutio patet ex se

Grammatica et Historica explicatio manifesta.

Dogmata et sententiae morales

Iustus honor habendus est legato alteri periculosa suscepta legatio plusquam honore celebranda est

Caput 3tium

De tertia Parte Confirma

Confirmatio in hac Oratione principalissima est pars

rum vero Confutatio et narratio est ipsi intermixta.
Confirmatio est pars Orationis in qua res ad dicendum proposita rationibus et argumentis corroboratur seu est nostrorum argumentatorum cum asseveratione expositio.
Confutatio est argumentorum ab adversario allatorum solutio est habet partes quatuor Prima est prothasis seu accessus ad objectionem 2da Hypophora expositio objectionis. 3tia Antiprothasis transitio ad solutionem 4ta Antiphora seu Lisis seu ipsa solutio solutionis.
Narratio est rerum gestarum vel quasi gestarum utilis ad persuadendum commemoratio unde est sedes et fundamentum fidei, ad seminarium argumentorum.
Tam Confirmatio quam Confutatio argumenta sua petit et ex locis communibus et ex proprijs de quibus vide Rhetoricam.
Confirmatio huius Orationis incipit ibi paulo post sub numero 2do Cæteri qui in legatione mortem obierunt.

Argumentum 1mum

Ductum ex loco communi a Comparatis proprio vero generis deliberativi ab honesto specie eius æquo seu iusto et legitimo tale: Cæteri legati sine metu mortis profecti sunt et tamen honore sic digni sunt sed Sulpicius nulla spe revertendi profectus ut Reip. opitularetur ergo multo magis isto honore ille dignandus est,
Disponitur in Syllogismus naturaliter per formam quadripartitam Prima pars forma propositi ex maiore syllogismi a principio Confirmationis ibi Cæteri qui in legatione. 2da per forma assumptionis

ex minore ibi. Servius Sulpicius cum aliqua perveni-
endi &c 2da Pars forma Ratio assumptionis exsum-
pta a divisione. ubi Cicero narrat legationem Sulpicii
qd Scilicet Sulpicium ab hac legatione non abstraxit va-
letudo hyems asperitas viae. &c est q ibi qui cum etiam
affectus esset &c. 3tia pars forma Complexio ex
Conclusione syllogistica quam expolivit gratiarum
actionem addendo Parsa qui ad honorem Sulpi-
cio exigendum exhortatus fuit est q ibi sub numero
3tio ut igitur alia sub Shoelae Parsa &c

Post hoc Argumentum Primum Solvit Cicero
objectionem Publii Servilii, quae fuit talis. Lex jubet
legatum interfectum honorandum esse statua
Sed Sulpicius non est interfectus, Ergo ipsius mors
non est per statuam honoranda.
Disposuit Cicero hunc Syllogismum objectionem per par-
tes objectionis (confutationis) sic, Primo posuit protasim ibi post nu-
merum trium quibus ante dixi nihil &c 2do posuit
Hypophoram pro qua totum syllogismum elocutus
est, per formam Epicherematis dictam est q ibi: Qui hunc
honorem statuae nemini &c Tandem pro Anti-
protasi et Antiphora Cicero ponit argumentum
ductum ex loco Communi et ex causa proprio vero
efficiendi status legitimi a scripto et sententia tale.
Cui legatio causa mortis fuit pro illo lex statuae est.
Sed Sulpicio legatio causa mortis fuit Ergo Sulpicio per
legem statua ponenda est,
Disponitur hic syllogismus Artificialiter per formam
quinque partitam Prima Pars forma et Confutationis
Antiprotasis ex Conclusione syllogismi ibi. Ergo autem
Patres Conscripti sic interpretor &c 2da Pars forma
confutationis Antilepsis est ex majore syllogismi
ibi. Etenim cui legatio ipsa &c

3tia Pars Forma Rationis Recta cuius Sensus
simplex, qua alias nemo in periculosas bellis lega
tionis vellet suscipere estque ibi ut in bellis periculosis &c.
4ta Pars Forma assumptio ex minore est omissa ut i
pote contenta supra et clara per se. 5ta Pars for
ma Complexio est annexa ibi non igitur exemplationa
orum quaerenda &c.

Elocutio ex Repetitione patebit.

Grammatica et Historia explicatio

Ad Marcum Antonium

Antoniorum familia Romae nobilissima, vetustissimaque fuit,
utpote quae ab Antone, Herculis filio et [illegible] nata et orien
da quaeritur Claruitque viris fortissimis et eruditis vel maxi
me Oratoribus. Hic vero Marcus Antonius quis fuerit patet et
ex his quatuordecem Philippicis quibus eum Cicero insectatur,
vel maxime vero liquet ex 2da Philippica ubi mores totam
et vitam insectatur illius Cicero

Caius Pansa &c.

Caius est cognomen a Parentum gaudio sumptum, profertur
per G. Notatur per C. quae inversa mulierem declarat
apud Priscos pro Domino ponebatur sicut et Caia pro
Domina. Plutarchus notat, quod apud Romanos suasitat
sponsam dicere ubi tu Caius ego Caia.
Pansa dicti sunt quibus lati ac passi sunt pedes, sicut Planci
quibus plani sunt. Iste autem Caius Pansa fuit Romae
Consul celeberrimus, bonisque communis amantissimus
ut patet. Hic Publio Servilio &c.

Publius Praenomen est, eius, qui populo gratus fuit, fuit
et nomen Poetae Mimographi, cuius etiam hodie ali
quot sententiae celebrantur, quas vocamus Mimos Publi
camus. Sed iste Publius Servilius fuit Consul Romae
et iurisconsultus temporibus Ciceronis. Sed horum Ser
viliorum genus fuit Romae celeberrimum.

Dogmata et Sententiæ morales

1ma Causa mortis pro patria non genq mortis æstimanda
estimandaque
celebrandaque est. 2da Non exempla majorum præferenda
sed consiliumq ejus eorum, et quod ipsa exempla nata sunt,
explicandum.

Argumentum 2dum.

Ductum ex loco communi intrinseco a dispositione et com
paratis. Extrinseco a tabulis et præjudiciis, proprio vero
generis deliberativi eodem quo primum ductum est tale:
Omnes alij legati non quia occisi, sed quia legationem
obeundo pro Patria mortem obierunt, Statuâ honorati sunt
Ergo etiam quia Sulpicio legatio mortem attulit Statuâ
honorandus est. Disponatur artificialiter per formam
Syllogisticam multipartitam. Prima Pars forma propositio
ex antecedente per enumerationem legatorum occisorum
honoratorumque statua. est ibi sub numero 4to Lares
Tolumnius Rex Veientium &c. 2da Pars forma assumptio
a contrario, cujus sensus est: Si casus et non legatio Sul-
picio mortem attulisset, iste honos statuæ non esset
illi tribuendus estque ibi: Itaque Patres conscripti si Servio
Sulpicio &c 3tia Pars forma complexio ex consequente
ibi: Nunc autem quis dubitat &c 4ta Pars forma Ratio
consequentis cujus sensus simplex quia Sulpicius secum
mortem extulit estque ibi: Secum enim ille &c 5ta Pars
forma Rationis Ratio. Quia manens domi hanc mortem
suorum diligentia vitasset estque ibi: Quam si nostra cura
remansisset. 6ta Pars forma complexio ex repetita prima
parte consequentis scilicet Quia Sulpicio legatio mortem
attulit estque ibi: sub numero 6to at ille cum videret &c

Argumentum 3tium

Ductum ex loco communi ab antecedentibus et causis proprio vero generis deliberat.
illi legatio mortem attulit, qua se in itinere propter a permissione tale
celeritatem itineris
efficere noluit. Sed Servius Sulpicius sic fecit Ergo Sulpicio mortem attu
lit legatio. Disponatur Naturaliter per formam Syllogisticam quadri
partitam. Prima Pars forma Propositio: ex maiori ibi multis illi in Urbe

2da Pars Forma Ratio maioris quia nec hospitii invitatio-
ni propter celeritatem itineris locum dederat, et ibi aderat et ho
spitum invitatio &c 3tia Pars assumptio ex minore ibi: at ille pro
perans & 4ta Pars forma Complexio est omissa.

Argumentum 4tum

Ductum ex loco communi ab adiunctis et consequentibus proprio ge
neris deliberativi ab utili et recto tale. Cuius legationisque auctoritatem hostis extinxit et mortem insolenter tulit, huic ad me
moriam mortis in legatione obitae statua est decernenda. Sed
Antonius autoritatem Sulpicii extimuit, mortem insolenter tulit.
Ergo Sulpicio ad memoriam mortis in legatione obitae statua est
decernenda. Disponatur Artificialiter per Formam Tripartitam
1ma Parte omissa maiore ex assumptione minoris propositio ibi
sub numer 7 Cuius cum adventum maxime &c 2da Pars forma
Amplificatio a comparatione mortis aliorum legatorum per reca
pitulationem hactenus. hic in confirmatione dictorum ibi: Non
igitur magis Octavium continet 3tia Pars forma Complexio
ex conclusione Syllogismi ibi quocirca etiam ad perpetuitatis me
moriam &c

Elocutio ex repetitione patebit

Grammatica et Historica explicatio

Lares Tolumnius &c

Iste Lares Tolumnius ut videtis erat Rex Vejentium, non
ulla quapiam re, quam sola cede 4tuor legatorum roma
norum insignis

Rex Vejentum &c

Vejens vejentis est nomen gentile seu incolarum dictum
a Veios urbe in Hetruria quam Camillus cepit. et ipsi
gis bellorum frequentia cum Romanis unde cum nero
edificavit domum amplissimam dicti fuerunt illi versus:

Roma domus fiet Veios migrate quirites
Si non et Veios occupat ista domus

Et Lucanus libro 5to — &c — Et Veios habitante Camillo
Illic Roma fuit
A Veios deducitur etiam adiectivum Vejentanus vejentana ve
jentanum.

Fidenis interemit &c

Fidena fidenæ et fidenæ farum urb latinorum mediterranea cujus incolæ dicti st fidenates

Cnei Octavii clari viri &c

Cneius per C scribitur pronuntiatur per G. appellatus est autem quisq habens insigne nevi

Octavia gens in Veletris originem accepit quam a senteracionis gratiam propter Augustum excellere dixerunt. Ipse autem Augustus nil amplius quam æquestri familia se ortum scribit vetere ac locuplete, et in qua primus senator suus pater fuerit Marcus Antonius Libertinum ei pro avum exprobrat Regionem e pago Turino et avum argentarium. extranquillo

Videmus in Rostris

Rostra erat templum Romæ seu forum ante curiam Hostilia in quo loco concionari solitum fuit, dictum vero sic a Rostro aurium per similitudinem, adeo ut et in animalibg, et in homine ipso et in Navibus pars exporrecta acuta aprora, Rostrum vocaretur Polibius ergo scribit, id in illo templo Rostra navium ab antenatribg captarum fixa erant Hoc Plinius Lib: 16 Cap 4 ait. Antea Rostra navium, tribunali præfixa foro decus erat

Nepotem Antiochi Regis &c

Antiochus erat Rex edus Syriæ Seleci nicanoris filius ab isto. etiam cæteri Regis dicti st Antiochi post ipsu sed uni addito cognomine Itaq iste primus dictg est, Antiochus soter Regnavit annis 26s edus illius filius. Antiochus a Theos regnavit 20 ab uxore Laodicæa veneno extinctus 3tius Antiochus Galericus 4tus Antiochus magnus regnavit triginta sex dictg e etiam Hieras qd alieni more in rapiendis alienis rerum duceret Hic Ptolomeum filometorem, prælio superavit. 5tus Antiochus Nobilis seu Illustris, regnavit undecim annis qui Hierosolymon destruxit et multa mala intulit Judæis, 6tus Antiochus Eupator Rex Syriæ et Asiæ simul

Nota qod Seleucus Nicanor condidit Antiocheam urbem ex causa in memoriam suorum

Elephantes alene &c

Elephas e animal, omnium terrestrium maximum, Europæ incognitum nisi ex Asia aut Africa invectum duos habet dentes seu cornua, ex quibg fiunt opera eburnea, Itaq Poetæ Elephantem pro ebore posuerunt.

Laodiceæ

Laodicea e urbs cellebernma in Asia ad Licum flumium

Prius Diospolis, post Rhoas tandem Laodicea dicta celeberrimos edidit viros

In Gymnasio de

Gymnasium alter Palestra, Scholo locus est in quo fit aliquid exercitii apud veteres loca illa in quibus Palestritae ludi exercebantur, peculiari Nomine Gymnasia vocantur. Hinc Gymnastes praeceptor et Gymnasticarus et Gymnici Ludi isti ludi Gymnici a Lione in Arcadia primum inventi Romae vero a Nerone.

A quorum Leptine de

Leptines est nomen Palestritae ab Urbe Africae Leptis dicta, Orundi qui Laodiceae Cneium Octavium occidit.

De Tullo Claudio. De

Tullus Claudius Lucius Roscius Spurius Antrius et Caius Fulcinius sunt nomina quod Legatorum Romanorum quos occidit Lares Tolomnius Rex Veientum

Dogmata et Sententiae Morales

Qui ob Remp. mortem obeunt, iis pro brevi vita diuturna memoriam reddendum est

Palestrum familiam claris magnis et fortissimis florere viris

Nemo virtutem non honorat non virtuti non invidet

Non sanguis qui profusus est in morte, sed ipsa mors ob Remp: obita honori est et esse debet

Praestat in maximo Reipublicae discrimine errori, quam minus quam posse videri Reip: profuisse

Declarat quam odit senatum qui actorem senatus extinctam, lete ac insolenter fert.

Is profecto mortem attulit qui causa mortis fuit.

Sequitur numerus octavus a quo incipit Cicero.

Argumentum sumitur ductum ex loco communi ab adiunctis et antecedentibus, proprii vero generis deliberativi aperui ergo tale, Si excusationem Servii Sulpicii PC. suscepissetis vitam eum non perdidissetis. Sed excusationem Sulpicii suscipere noluistis Ergo cum vita privavistis Consequenter sicut vos ipsi causas illi mortis esset ita expedit ut sitis auctores. Statuae inde sibi ponendae. Disposuit Cicero, hoc Argumentum Naturaliter per formam Partitam Ampeds Forma. Propositio ex maiore ut dixi sub hume: quo quod si excusationem Servii Sulpicii De rdupds Forma assumptio maioris est. Quem cum odiosis se magnibus

3ta pars Forma Assumptionis Ratio ideo eius excusationem
non suscepissis: quia spectabatis illius auctoritate et sapientia illud
munus legationis, obire optime posse; estque ibi per singularem admini
tionem. Non vos quidem crudeles fuistis de 3ta pars Forma ampli
ficatio Rationis per narrationem per prosopopeiam quomodo quamlibet
Sulpicii excusationem rejiciebant omnes et maxime Pansa, cujus aucto
ritati cum non posset resistere. Sulpicius ita demum egit ut et filii
sui et aliorum omnium dispositionem ejus solius cum jam decesset Sulpi
cius estque sub num 9 ut vero Pansa consiliis accesserit confir
matio de 3ta pars Forma. Complexio ex tota conclusione syllogi
smi estque sub num. 10 ibi reddite igitur P. C. ei vitam de

Elocutio ex Repetitione patebit

Grammatica et Historica explicatio per se patet.

Dogmata et Sententiae Morales

Honore mortui quam vivo tribuimus solvendum est
Nihil est quod auctoritate et sapientia effici nequeat.
Qui alienum consensum permissionis [illegible] de sua sententia fa
cile decedet.
Quis amans Patriam utilitatem publicam suae anteponit vitae.
Etiam oratio quandoque omnem habet
Vita mortuorum in memoria vivorum est posita
Mortem pro Patria obitam nulla posteritatis obscurat oblivio
A medio numeri decimi ibi. Nam reliqua Servii Sulpicii vita de Incipit
Cicero. Argumentum etiam ductum ex loco communi a dimissione
et adjuncto proprio generis deliberativi ab aequo et necessario tale.
Alias virtutes et facta Sulpicii, alia monumenta commendabunt.
Ergo ad commendationem selius mortis in legatione obitae sta
tua est ipsi ponenda a vobis in Rostris
Dispositio Naturaliter per formam 3 partitam Prima Pars Propo
sitio ex antecedente ut dixi a medio numeri decimi ibi Nam
reliqua Servii Sulpicii ita de 2da pars Forma Ratio ab enu
meratione attributorum Sulpicii qualia sunt gravitas, constan
tia, prosequens Juventa a [illegible] de ita semper illius
gravitatem constantiam de 3tia Pars Forma Complexio

ex Consequenti etc. Ergo hoc statuae monumentum non
yet be usque ad num. 12
Elocutio ex Reperatione patebit.
Praeclaris monumentis
Monumentum vel monimentum dicitur quidquid nos monet seu
manere potest. ut res alicuius praeterita aut tituli sepulchra
statuae, pyramides porticus. Carmina historiae documenta do
ctrina libri etc. seu monumentorum generaliter est res
memoriae causa in posterum prodita ut et usto inquit
qd praetereuntes vel advenientes admoneat aliquem
fuisse et alijs si velint posse ejusmodi tales, sed notandum
qd sibi sit corpus mortui vel reliquiae iam sepulchrum
dici. Fidem praestantem.
Fides iuxta bus. est dicto composita et quid est ima
syllaba e' a facto rela adiectio unde fides suscipiat constan
tiam authoritatem atque veritatem seu veritatem in dicto
et facto. Iurisconsultus
Ius nihil aliud est quam qd ei natura vel civitas aut populus rex gens
vel consuetudo iubet, et ius est quid generale. lex vel species iuris
nam lex ad solum ius scriptum spectat. Ius est triplex scilicet
naturale gentium et civile. Naturale est qd est commune omni
nationi eo qd ubique instinctu naturae habetur non aliqua constitu
tione factus in homine sed ab ipso naturae conditore. Ius gentium
est quo gentes humanae utuntur qd a naturali procedere facile
intelligere licuit Ius civile cum aliquid communi iuri vel
additur vel detrahitur hoc est cum populus sibi quasi proprium
ius civitatis acceptat istud autem scripto constat, ut sunt leges
plebis cita, senatus consulta, principum decreta, multorum con
sensus etc. Unde qui hoc proptererea interpretes iuris et iuris
consulti et iuris prudentes dicuntur nota qd sunt alia iura ut
ius singulare seu privilegium ius consuetudinis ius militare
ius canonicum.
Dogmata et Sententiae morales
Sola illustris rerum factorum plenissima vota monumentis praeclaris
ad omnem memoriam commendatur.

Omnium mortalium celebratur semper gravitatem constantiam fidem, cuius Reipublicae tuendae atque prudentium Roma Iurisconsulti laus est, dedignari institute. Pulcherrima est memoria et gloriosa; actiones sta

Sequitur reus Num ibi multum etiam valuisse.

Argumentum primum est

Ductum ex loco communi ab adiunctis proprio generis deliberativi ab honesto tale: Filius meritissimus avokris statuam patenti expedit. Ergo illa decernitur. Disponitur naturaliter per formam, partitam, una rabs forma propositio ex antecedente ubi excusat absentiam filii et ibi et dixi sub nu. Multum etiam valuisse ad hoc eda Raro forma conglobata rationes quin una Quiaipse statua erit ad lenimentum meroris filii est ibi: Est autem ita affectus ut hoc Raro eda per praeoccupationem, quanquam satis esset ad famam Sulpicii quod hunc filium habeat, sue virtutis effigiem; tamen et ipsa statua erit honori Sulpicii est ibi et quidem etiam alienarum hoc sta Raro forma complexio ex consequente composita quidem sed tamen per collectionem istarum duarum rationum est instituta est ibi: cuius lucem aut hoc honore hoc

Argumentum quintum ductum ex loco communi ab adiunctis proprio generis deliberativi ab honesto et utile tale: Sepeliendis Sulpi statuam non inaurata populat. Ergo eam decernitur. Disponatur naturaliter per formam partitam prima per propositio ex antecedente quam exornat comparatione statuae Sylanne ex ibi est sub hunc eo ibi. Mihi autem hoc coldanti solius Sulpicii hoc eda per dor. Anio lucem Sulpicii semper continentissimus fuit est ibi magnifice enim S. supra per forma complexio ex consequente per prosopopeia cuius sensus est. Ergo non inauratam ex sensu etiam ipsius Sulpicii ad leniendum populi dolorem decernite statuam est ibi. Urgetur si ipsum consulam

Argumentum quod est Ultimus Confirmatio

Ductum ex loco Communi a Comparatio maiorum generis deliberativi ab honesto tale: Si Servius Sulpicio Publicus honorem sepulturae tribuit debet etiam statuam tribuere. Sed Servius tribuit Sulpicio honorem sepulturae. Ergo et statuam debet tribuere. Disponitur hoc argumentum artificialiter per formam Sillogismi cum multiplicatum maior Forma propositio ex assumptione nostris sub numero 12 ibi adeo hanc meam sententiam. Altera pars Formae Ratio ex Minore Sillogismi ibi Namsi mors negari sine cede. 3tia pars formae Probatio ab exemplo Octavii per Comparationem Quia Octavius habuit statuam non habuit sepulturam. estque ibi: Sinedtribuit Servio Sulpicio. 4ta Pars formae Rationis Ratio Quia multis sepulchra sit decreta statua paucis. estque ibi maiores quidem nostri statuas. 5ta pars formae Confirmatio prioris Rationis: Quia statuae cito intereunt sepulchra sit perpetua. estque ibi sed statuae intereunt tempestate. 6ta Pars formae Complexio ex Conclusione Sillogismi ubi addit adhortationem Quae fausta sit Capitulationem argumentationis totius estque ibi sub numero 15. augeatur igitur ipso honore etiam ei vir.

Elocutio ex Repetione patebit

Grammatica et Historica explicatione.

Effigiem morum suorum filium &c.

Discite hinc eloquentiae studiosi, solam argumentum ope laudem. Si filius fuerit effigies morum suorum Parentis nobilissimi, virtutis constantiae, pietatis, ingenii &c. qualem filium ne a Cicerone refertur habuisse et reliquisse Servius Sulpicius. Quam enim turpe sit quamque deforme, quis concedere valet si a maiorum luce descendimus umbra, et per gloriosus avorum lineas distorta morum rectitudine procedimus abortiva morum successione degeneres sanguinis duntaxat et lucros propago non virtutis Patriae domus infames nostrae illustrium telarum tenebriones gloriosae stirpis infamia probra maiorum magnitudinis infima allapsi

pulchram originem dehonestantes thersites, atq; erubescenda
stemmati praeclaro dedecora.

Qualis Lucii Syllae Fama.

Lucius Sylla fuit Nobilis Romanus ex Antiqua [illegible]
Familia. Hic Catenas iugurthae manibus iniecit, Mithrida-
tem compescuit, socialis belli luctus repressit, Cinnanae do-
minationem fregit, et Marium proscripsit. fuit literis
Graecis et latinis doctissimus facundus acer, animo
grandis ita, ut dicat Salustius, dubitari potuit fortior
an felicior esset, nam felix eo dici voluit, quod de ini-
micis Marianis feliciter victor fuit. Inde dictator factus
~~ita~~ Rempublicam suppressit ut nemo illo invito nec
bona nec Patria nec vitam retinere posset. postremo
constituta Republica dictatura se abdicavit, Puteolosq; pri-
vatus concessit, ubi pediculari morbo periit. Quapro-
pter Julius Caesar dicere consuevit, illum literas nesci-
visse quod dictaturam posuerit.

Statuam non Rejicit. &

Statua, signum, Imago, Colona, Species, Simulacrum
idem sunt. Statua a Statuo deduci videtur et est imago
quae alicui vel mortuo vel etiam viventi, antiquitus
decernebatur et in foro, aut aliquo loco conspicuo
collocabatur ad alicujus rei bene gestae memoriam
quanquam non nulli hoc inter se differre putant, imagi-
nes et statuas; quod statuae sint aenea eburnea
Lapidea de aurata Imagines cerea et picta.

Dogmata et Sententiae Morales

Annu. Multum valet ad Patris honorem pietas filii
Edu. Nullum monumentum clarius Pater relinquere potest quam
effigiem morum suorum virtutis constantiae pietatis
ingenii, filium
Thru. Filius est effigies morum Paternorum, virtutis con-
stantiae pietatis, ingenii.

4tum Filii luctus aut honore paterno aut nullo solatio levari
potest
5tum Honor sepulturae maximus mortuis habetur.
6tum Statuae intereunt tempestate, vi, vetustate
7mo Sepulchrorum sanctitas in ipso solo est; quod nulla
vi moveri neq delere potest
8vum Et caetera extinguuntur. Sic sepulchra sanctiora fi-
unt vetustate.
Et haec sufficiant de confirmatione hujus orationis,
De Epilogo
Epilogus ulta pars hujus orationis qui est artificium
extremum totius orationis incipit a medio numeri 17.
ubi suas obres ita censeo cum Servius Sulpicius &
Epilogus oratorius communiter debet habere partes
tres Anacephaleosin amplificationem et affectum.
In praesenti oratione Cicero et Anacephaleosim et
amplificationem habet cum dicit quod praestantissimo vi-
ro Sulpicio qui morbo affectus auctoritate senatus ad dolit
suscepit, ibiq asperitate viae confectus obiit est statuam
Reip labenti operam ferre. Statua est enea pedestri
poneda, insuper movet affectum amoris (qui est, et
teli ea, quae bona putat. et quantum in se est, faciens
et praestans non sui sed illius gratia) movet inquam
affectum amoris urget enim senatum, ut statuam
ponat meritorum gratia quae Sulpicius Reip praest-
itit
Ultimo tandem Cicero votum suum fert et depingit qua-
lis ista debeat esse statua et sepulchrum ac sepultura
Sulpicii
Elocutio ex Repetitione patebit
Grammatica et Historica explicatio
Servius Sulpicius quintus frater Lemonia Rufus
Ista omnia non praenomina nomina et cognomina
illius Servium praenomen Sulpicium nomen: caetera
sunt cognomina vide supra in exordio Quintus ma-
ter et cognomen dictus sic quod quinto ordine pro
genitus Lemonia velut alii dicunt Lemonius est

229+

Cognomen a Patria Rufus autem dictus a colore rubi-capillorum qui color est non plene ruber.

Privatus &c

Privati proprie dicuntur qui non sunt constituti in ali-qua dignitate.

In Basi inscribi &c

Basis proprie intelligitur sustentamentum seu ful-crum in quo res gestae inscribebantur. Proprie autem bases sunt sessiones columnarum. seu fabricarum quae a fundamento exsurgunt et superposita fabricae pon-dus sustinent.

Cajus Pansa Aulus Hircius &c

Isti ambo post interfectum Julium Caesarem Octavio Caesari fasces cum fuerunt decreti, Consules electi sunt. et contra Antonium hostem Reip. indicatum missi quem apud Mutinam vicerunt. Ipsique caesi sunt.

Quaestoribus Urbanis &c

Quaestor dictus est a quaerendo quod conquireret pecuni-am publicam quaestor enim est praepositus publicae pecu-niae qui curam erarii habet. Quaestorum officium pri-mum bellorum causa inventum est. mittebantur enim quaestores cum Consulibus et praetoribus in militiam ad administrandam Rem pecuniariam, et praedam ac manubias in rationes publicas referendas.

Cum Antea Senatus Autoritatem

Hic vero morem et consuetudinem sepulturae virorum illustrium Romae describit nam qui magistratum Romae gerebat illius corpus in praetexta purpura togaque consu-lari vel senatoria lecto constrato purpura vel linteis splendentibus, tibicinesque praecedentes qui neniam fune-brem qua laudes defuncti explorabantur, Candelae efferebatur. Insignia autem honorum quos gesserat ut fasces secures, lictores, arma, militaria. Coro-nae vexillum hostium spolia gentile stemma praefe-rebantur.

Ediles Curules

Ediles dicti sunt ab edeo quod ædes et privatas procura-
rent vel ab aditu quod faulis ad eos aditus oportet. Anno
ex plebe duo sunt creati ediles. Deinde procedente
tempore, duo ex Patricijs adiuncti sunt qui a solio
eburneo quod eis datum est Curules dicti sunt.
Officium edilium erat: ludos publicos exhibere et
sacras privatasque ædes procurare totam urbem tu-
eri nec non mundiciem publicam, festi aquæductus
loca in teatro assignare siquispiam servum aut
jumentum morbosum vitiosumve pro integro sanoque
vendidisse edicto edilium emptori succurrebatur ideo edi-
ctum edilium dicebatur sive editiones et divinæ
erant et alii ediles qui frumento præerant
et ab casale creati et a cerere cereales nomina-
ti sunt ut scribit Pomponius. His cura rerum, ne qua
fraus fieret et mensularum commissa erat.

De funeribus habeant de

Funus dictum a funalibus quod incensi funes mortuis præferebantur
quoniam noctu ferebant cadavera.

In Campo Esquilino de

Campus Esquilinus dictus est a porta esquilina quæ erat Romæ
sic dicta ab esquiliis

Dogmata seu sententiæ morales

In difficilimo Reipub. tempore vitam amissi senatus æter-
na compenset munera necesse est.
Non mediocre pos liberorum posterorumque monumentum est
patrem de Resp. meruisse.
Suam authoritatem senatus in virorum fortium funeribus orna-
mentis ostendere debet.
Funus viri ob Remp. defuncti publico ornamento resplende-
at equitas postulet ipsa.
Sepulchrum patris est etiam posterorum liberorumque eius
Optimo iure datum quod publice datum est

Sed quid quæso

Meliori iure dari numquam potest quam pro finito
in hac resolvenda oratione labore in partis honor et glo-

